



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Sectio III. De Ministro Ordinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)

SECTIO TERTIA.

De Ministro Ordinationis.

1.
Qui sint
effectus
Ordinatio-
nis.

Hucusque egimus de Sacramento Ordinis secundum se, de numero Ordinum, de materia, forma, ac functionibus singulorum; ex quibus liquidò constat, quisnam sit effectus Ordinationis, ita ut de illo nihil aliud super sit explicandum.

Nam in primis, cum sit verum & propriè dictum Sacramentum novæ legis, certum est conferre gratiam habituales, & suo tempore auxilia gratiæ actualis, sicut reliqua omnia Sacramenta, ut ostendimus Disp. 1. Sect. 4. Concl. 1. & 4.

Præterea docet Florentinum in Decreto Eugenii, & Tridentinum sess. 7. can. 9. de Sacramentis in genere, Ordinem imprimere characterem indelebilem, sicuti Baptismus & Confirmatio; ac proinde reiterari non posse, ut latius videre poteris Disp. 1. Sect. 4. Concl. 5.

Igitur impræsentiarum restat solummodò, ut de ministro hujus Sacramenti, & de suscipiente hoc Sacramentum tractemus. Incipiam autem à ministro, tamquam digniori, sicut statim dixi, & patebit ex dicendis Conclusionem sequenti, in ordine prima.

CONCLUSIO I.

Ordinarius Minister Sacramenti Ordinis est solus Episcopus.

2.
Probatur
Concl. ex
Concl. Flor.

Episcopum esse ordinarium ministrum hujus Sacramenti, disertis verbis docet Eugenius IV. in suo Decreto, ibi: *Sextum Sacramentum est Ordinis &c. Ordinarius minister huius Sacramenti est Episcopus.* Cum autem nullum alium assignet præter Episcopum; etiam implicitè determinat, solum Episcopum esse ministrum ordinarium.

Quæris, cur addiderit illam particulam, *Ordinarius*? Respondeo; ut significaret, aliquem præter Episcopum posse esse ministrum extraordinarium. Sicuti eandem particulam priùs adjunxerat ministro Confirmationis, dicens: *Ordinarius minister (Confirmationis) est Episcopus.* Idque propter eandem rationem; nam paucis interjectis; *Legitur, inquit, aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem, ex rationabili & urgente admodum causa, simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.*

Ex quo patet; quid sit esse Ordinarium ministrum Confirmationis aut Ordinis, scilicet posse administrare illa Sacramenta vi præcisè sui officii seu status, absque dispensatione seu

commissione Apostolicæ Sedis. Porro solum Episcopum sic posse ministrare Confirmationem suo loco diffusius ostendimus. Vide Disp. 2. Sect. 2. Hic probandum est, etiam solum Episcopum sic posse ministrare Sacramentum Ordinis.

Probatur autem ex Tridentino sess. 23. cap. 1. ibi: *Proinde sacrosancta Synodus declarat, præter ceteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in episcoporum locum successerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipue pertinere, & passim, sicut etiam Apostolus ait, à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei; eosque presbyteris superiores esse, ac Sacramentum Confirmationis conferre; ministros Ecclesiæ ordinari, &c. que alia pleraque peragere ipsos posse: quorum jurisdictionem potestatem reliqui inferioris Ordinis nullatenus habent.*

Docet insuper sacrosancta Synodus, in Ordinatione Episcoporum, Sacerdotum & ceterorum Ordinum, non populi, nec cuiusvis secularis potestatis & Magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem requiri, ut sine ea irrita sit Ordinatio; qui propter decretis, eos, qui tantummodo à populo, aut laicali potestate ac Magistratu vocati & instituti, ad haec ministeria exercenda adscedunt, & qui ea propria meritate sibi sumunt, omnes non Ecclesiæ ministros, sed fures & latrones, per ostium non ingressos, habitos esse.

Idem definit eadem sess. can. 7. sequenti tenoris: *Si quis dixerit, Episcopos non esse præcipue superiores vel non habere potestatem communi & ordinandi, vel eam, quam habent, illis eorum Presbyteris communi; vel Ordines ab ipsiis sine populi vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse; aut eos, qui nec ab Ecclesiastica Canonica potestate ritè ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & Sacramentorum Ministros; anathema sit.*

Omitto Concilium Ancyranum can. 10. alias 13. Antiochenum can. 10. Can. 2. Apostolorum, Dionysium c. 5. Eccles. Hieron. Epyphanium hæresi 75. Damalium Epist. ad Hieron. in Epist. 65. ad Evagrium, Chrysost. Theodoret. & alios in 3. & 4. cap. præter Epist. ad Timor. Omitto, inquam, omnes illas auctoritates, quia obvia & ab omnibus Catholicis admittæ, ut proinde absque ulla probatione Doctor Subtilis 4. dist. 24. q. unica n. 1. Et si (inquit) quæras, quis est minister illius? Respondeo, quod Episcopus & solus in sacris Ordinibus: in aliis autem non sacris aliquando ex consensione aliqui privilegiati, ut Abbates.

Idque convenienter factum fuit: Quia (D. Bonaventuram auditis 4. dist. 25. art. 1. q. 1. in corp.) si passim omnibus esset concessum, non admitterentur ad Ordines, quod non servarentur

ordo, immo potius generaretur confusio. Et ideo dispo-
situm est Dei consilio, quod solis Episcopis Ordinum
dispensatio, & aliorum perfectorum, ut consecratio
Abbatum, Monialium & Ecclesiarum & consimilium
concedatur. Possit etiam alia ratio assignari, sive ex
hoc, quod Episcopus sponsus est, sive ex hoc, quod Sa-
cramentum Ordinis statum perfectionis dicit: ideo
his, qui habent potestatis eminentiam debuit reser-
vari, & Episcopus tamquam sponsus filios, id est, per-
fectos, & filios, id est, imperfectos debuit generare.
Prima tamen ratio melius valet.

Itaque Catholicè dubitari non potest de ve-
ritate nostræ Conclusionis; quidquid reclamant
Heretici Lutherus, Calvinus, & alij, causan-
tes, Episcopos non posse conferre sacros Ordines
absque consensu & electione populi aut Mag-
istratus. Et probant primò, ex quibusdam sa-
cræ Scripturæ exemplis. Secundo, ex alijs Ec-
clesiasticis historiis. Et tertio, ex quibusdam
Patrum dictis.

Refert Lucas (inquit Calvinus lib. 4. Insti-
t. 3. §. 15.) constitutos esse per Ecclesias Pres-
byteros à Paulo & Barnaba: sed rationem vel
modum simul notat, quum dicit, factum id
esse suffragiis *κατακλιμαστας*, inquit, *κατακλιμα-
στας* *κατ' Εκκλησιας*. Creabant ergo ipsi duo,
sed tota multitudo, ut mos Græcorum, in ele-
ctionibus erat, manibus sublatis declarabat,
quem habere vellet. Nempe sic Romani histo-
rici non raro loquuntur, Consulem, qui comitia
habuerit, creasse novos Magistratus, non
aliam ob causam, nisi quia suffragia receperit,
& populum moderatus sit in eligendo.

Non est certè credibile, Paulum plus concessisse
Timotheo & Tito, quam sibi ipse sumpsit.
Videmus autem, ipsum ex populi suffragiis
Episcopos creare solitum. Sic ergo intelligendi
sunt superiores loci, ne quid de communi Ec-
clesiæ jure ac libertate imminuant.

Bene ergo Cyprianus (lib. 1. Epist. 3.) dum
contendit ex divina auctoritate descendere, ut
Sacerdos plebe presente sub omnium oculis de-
ligatur, & dignus atque idoneus publico judicio
ac testimonio comprobetur. Siquidem hoc
videmus jussu Domini in Sacerdotibus Levi-
ticis fuisse observatum (Levit. 8. v. 6. Numer.
20. v. 26.) ut ante consecrationem in
conspectum populi producerentur. Non aliter
adscribitur Matthias Apostolorum collegio
(Act. 1. v. 15.) nec aliter septem Diaconi
creantur (Act. 6. v. 2.) quam populo vidente
& approbante. Hæc exempla, inquit Cypri-
anus, ostendunt, Sacerdotis Ordinationem non
nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere:
ut sit Ordinatio justa & legitima, quæ
omnium testimonio fuerit examinata.

Habemus ergo, esse hanc ex verbo Dei legiti-
mam ministri vocationem, ubi ex populi
consensu & approbatione creantur, qui visi fue-
rint idonei. Præesse autem electioni debere
alios Pastores, ne quid per levitatem, vel per

mala studia, vel per tumultum à multitudine
peccetur. Hucusque Calvinus.

Sed quæro ego; quid si populus, non ob-
stante admonitione Pastoris, perseveret in sua
levitate & malis studiis, volens absolute in-
idoneum ordinari, nunquid Pastor poterit aut
debebit acquiescere levitati populi & malis
studiis? Aut certè poterit ac debebit ordinare
idoneum contra voluntatem populi? Vel fortè
censes, quia debebit populum relinquere sine
ministro? Igitur nullatenus expediebat, ut
Ordinatio ministri, aut electio vel vocatio, es-
sentialiter requireret consensum aut approba-
tionem populi.

Per Ordinationem, intelligo Sacramentum Or-
dinis, per Electionem, designationem certæ per-
sonæ ad Ecclesiasticam præfecturam; per Voc-
ationem, seu Missionem, concessionem jurisdic-
tionis Ecclesiasticæ, per quam certâ persona con-
stituitur Pastor seu Prælati Ecclesiæ.

Quid ergo ad exempla Scripturæ, allegata à
Calvino? Respondeo; ex iis nullatenus proba-
ri, consensum populi sic fuisse necessarium, quia
etiam, populo reclamante, Apostoli potuissent,
quos voluissent valide, imò & licite ordinare
Episcopos, aut Presbyteros. Spontè ergo suâ,
ad melius esse pro illo tempore, electionem
duodecimi Apostoli, & septem Diaconorum
permiserunt toti cætui fidelium.

Audiamus Chryostomum, dicentem Ho-
mil. 3. in Act. Apost. ad illa verba: *Viri fratres
oportet eligere &c. Multitudinem permittit iudicium,
similes, qui eligebantur, reddens reverendas, & se-
ipsum liberans ab invidia similitateque que poterat à
cæteris oboriri. Et ibidem ad hæc verba: In omni
tempore &c. Quid? An non licebat ipsi (Petro)
eligere? Licebat & quidem maxime; verum id non
fecit, ne cui videretur gratificari.*

Idemque dici potest de Paulo & Barnaba,
si verum est, quod ex populi suffragiis Presby-
teros per civitates deputaverint. Dico; si verum
est; quia potest textus intelligi de solis suffra-
giis Pauli & Barnabæ. Deinde Græcum ver-
bum licet uno modo significet electionem per
suffragia, tamen potest etiam simpliciter deno-
tare quamcumque electionem, & interdum in
hoc sensu invenitur: quare optimè Latinus in-
terpres vertit: *Constituerunt, Act. 14. v. 22. Et ad. 14.
cui constituerunt illi per singulas Ecclesias Presby-
teros, & orassent cum ieiunationibus &c.*

Et verò dum Paulus ordinavit Timotheum
& Titum, nonne aliqua fit mentio in Scriptura
consensus populi aut Magistratus? 1. Tim. 4.
v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ
data est tibi per prophetiam cum impositione manuum
Presbyterii, id est, cæteris Episcoporum, nam
Episcopus ab alijs tribus ordinatur, ut infra
videbimus.*

Undè Chryostomus in hunc locum: *Non de
Presbyteris (simplicibus) hoc in loco, sed de Epi-
scopis loquitur, neque enim profectò Presbyteri
(sim-*

Rejicitur.

Respondetur ad exempla Scripturæ.

Chryostomus.

An Paulus & Barnaba ordinaverint Presbyteros ex populi suffragiis.

1. Tim. 4.

Chryostomus.

5. Oportet docent heretici.
Prima eorum probatio ex Calvinis.

2. App. Hæc. Epist. 3. Cyprianus.

(simplices) ipsum ordinarunt. Paulus quippe erat Episcopus, qui ait 2. Tim. 1. v. 6. Admoneto te, ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum. Ubi, ut vides, nullam facit mentionem consensûs populi aut Magistratûs.

Ut nec etiam, quando loquitur de Ordinatione Titi, ad Tit. c. 1. v. 5. Huius rei gratia reliqui te Crete, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.

Sed ad hæc reponerent Hæretici; non omnia omnibus locis Scripturam debere commemorari; sufficere, quod illum consensum expresserit Act. 14. & Act. 1.

Repondeo; id non sufficere, quia neutro loco expressit illum consensum, tamquam necessarium jure divino, quod hic quaritur. Et certum est, etiam ex Confessione ipsorum Hæreticorum, Apostolos creasse Episcopos, & misisse ad populos absentes & infideles; ergo jure divino non requiritur consensus, saltem illius populi, ad quem mittitur Episcopus; jam autem Scripturæ supra allegatæ loquuntur de consensu eorum, quibus Episcopi præficiantur. Quomodo ergo jure divino requiritur ille consensus ad validam & licitam Ordinationem, & electionem aut vocationem?

10. **Instituta.** Eo modo, inquis, quo requiritur jure divino integra Confessio peccatorum, quando possibilis est, alioquin valet non integra, quando integra moraliter vel physice est impossibilis; ergo similiter fieri potest, ut consensus populi sit necessarius jure divino, quando est moraliter possibilis, est non sit necessarius, quando est moraliter impossibilis.

Solvitur. Fateor, aliquid potest esse necessarium jure divino extra necessitatem, quod in necessitate non est ita necessarium; sed tunc aliunde probari debet illa necessitas extrâ necessitatem, quàm ex eo præcisè, quod aliquando sic fuerit factum. Impresensiarum autem nihil aliud invenitur in Scriptura, quàm Apostolos aliquando adhibuisse seu postulasse consensum populi; tum, ut ostenderent se non affectu aliquo humano trahi; tum, quia cupiebant digniores, ac primis illis fidelibus cariores eligere, ut tantò magis Fides Christi in eorum cordibus radicaretur & amplius dilataretur. Fide autem jam satis radicata in cordibus fidelium, & nimium dilatata; maxime refrigescente charitate Fidelium, cum unusquisque à minimo usque ad maximum quærat quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi; prorsus inconveniens foret, si adhuc Ordinatione, electio, vocatio, Episcoporum, & aliorum Clericorum de eorum consensu fieri deberet, cum sic facillimè inepti, relictis dignioribus, promoverentur.

11. **Aliquo tempore ex concessione** Atque hæc fuit indubiè ratio; quare, est ab antiquo & per aliquot sæcula in aliquibus locis, ex speciali concessione Pontificis, fuerit ad-

missa vox & nominatio populi, non solum ad publicum testimonium de probitate & sufficientia ordinandorum; sed etiam ad ipsam electionem, ut constat ex Theodoro libro 1. Histor. c. 9. ubi refert Epistolam Concilii Nicæni ad Ecclesiam Alexandrinam his verbis: Quod si qui forte eorum, qui Ecclesia sanguine numeribus, diem suum obidit, tunc unus ex illis, qui in Ecclesia asciti sunt, modo idoneus videatur, & populus illum eligat, Episcopusque Alexandria suffragetur, atque ad eum populi electionem confertur, in locum succedat demoritur. Quare, inquam, procedente tempore, ut statim declarabo, illa electio populi fuerit casta.

Quamquam adhuc de facto, ex nova concessione, admittant Pontifices aliquotum Regum & Principum denominationem seu presentationem, immo & collationem Episcopatum, non quasi eorum consensus sit omnino necessarius ex jure divino, ita ut Pontifex sine eo non posset Episcopos instituire; sed ad meliorem rationem.

Enimvero in Concilio Constantinensi canon 4. (quod est octavum generale) can. 21. aliis 25. Sancta hæc & universalis Synodus dicitur & statuit, atque iure promulgat, neminem laicorum Principum vel Potentum semet in seipso electioni vel promotioni, Patriarchæ vel Metropolitæ, aut cuiusvis Episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua consensu vel contentio: præsertim cum nullam illis potestatem quemquam Potestativorum vel clericorum laicorum habere conveniat, sed potius sibi attendere sibi, usquequo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat sinem electio futuri Pontificis. Si tamen laicorum ad concertandum vel cooperandum ad Ecclesia invitatur, liceat huicmodi cum reverentia, ipsi voluerit, obtemperare. Quisquis autem sacrum Principum & Potentum vel alterius dignitatis laicæ adversus communem ac consonantem atque canonice electionem Ecclesiasticæ Ordinis agere tentaverit, anathema sit. Quomodo Concilium autem voluerit hoc definire, si illa electio jure divino competat Principibus laicis & reliquis multitudini?

Præterea anno 320. vel 321. Concilio Lateranensi canon 13. statuit, Quod non sit permissum dum civibus (vel, ut alia lectio habet, populo) electiones eorum facere, qui sunt ad Sacerdotium promovendi.

Accedat, quod legimus in Concilio Martini Papæ apud Mart. Braccarensem c. 1. Clericorum: Non licet populo electionem facere eorum, qui ad Sacerdotium promoventur, sed in iudicio Episcoporum sit.

Denique Concilium Nicænum secundo canon 3. sic habet: Omnem electionem, quæ fit à Magistratibus, Episcopi vel Presbyteri vel Diaconi, irritam maneat ex canone (31. Apost.) dicitur: Si quis Episcopus Magistratibus secularibus vel aliis per eos Ecclesiam obtinerit, deponatur & relegatur, & omnes, qui cum eo communicaverint, oportet enim eum qui est promovendus ad Episcopatum

ram, ab Episcopis eligi (id est, ordinari) quemadmodum à SS. Patribus Nicæa. Decretum est. can. 4. Ergo in electione & Ordinatione Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum nulla potestas competit populis aut Magistratibus, id est, senioribus ex jure divino, cui non potuisset, nec voluisset Ecclesia præjudicare.

Ex his patet; fallum esse, quod dicunt A Catholicis, non nisi à Gregorio Papa IX. tempore Frederici II. Imperatoris circa annum millesimum tercentesimum, fuere penitus exclusi laici ab electione Episcoporum, ut habetur in jure cap. Messana de Electione. Patet, dico, id esse fallum ex Concilio mox allegatis.

Et insuper probatur ex eodem jure sequentis tenoris: Massana (aliàs, Messana) Ecclesia Pastore vacante: Et infra: Editio perpetuo prohibemus, ne per laicos cum Canonicis, Pontificis electio presumatur. Qua si forte presumpsa fuerit, nullam obtineat firmitatem: non obstantè contraria consuetudine, qua dici debet potius corruptela. Si usque ad illud tempus fuisset licitum laicis, imò jure divino concessum, ut Adversarii volunt, eligere Episcopum; quomodo verum est, quod hic ait Gregorius: Quæ (consuetudo) dici debet potius corruptela, cum esset observatio juris divini?

Quantum ad Cyprianum, referam latius ejus verba, ex quibus solutio clariùs apparebit. Sic ergo scribit Epist. 68. aliàs lib. 1. Epist. 4. Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore (publico; agit quippe de Basilide & Martiali Episcopis, qui publicè lapsi erant, & contaminati libellis idololatriæ) Præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi Sacerdotis Sacrificia miscere; quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos Sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut Sacerdos plebe præsentè sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur; sicut in Numeris (cap. 20.) Dominus Moysi præcepit dicens: Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium ejus, & impone eos in montem coram omni Synagoga, & exue Aaron stollam ejus, & indue Eleazarum filium ejus, & Aaron appositus moriatur illic. Coram omni Synagoga iubet Deus constitui Sacerdotem, id est, instrui & ostendit, Ordinationes Sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsentè, vel detegantur malorum crimina, vel bonarum merita prædicentur, & sit Ordinatio iusta & legitima, qua omnium suffragio & iudicio fuerit examinata.

Quod postea secundum divina magisteria observatur in Actis Apostolorum, quando de ordinando in locum Iude Episcopo, Petrus ad plebem loquitur: Surrexit, inquit, Petrus in medio discipulorum, fuit autem turba in ano. Nec hoc in Episcoporum tantum, & Sacerdotum, sed in Diaconorum Ordinationibus observasse Apostolos annuadvertimus, de quo &

ipso in Actis eorum scriptum est: Et convocaverunt, inquit, illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis. Quod utique idcirco tam diligenter & cautè convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Hinc usque Cyprianus, concedens utique populo testimonium vitæ & morum.

Et istud nunquid hodiè populo negatur? Audite Tridentinum sess. 23. de Refor. c. 7. Sancta Synodus antiquorum Canonum vestigiis imbrando, decernit, ut, quando Episcopus Ordinationem facere disposuerit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, seriatim quæstionem ante ipsam Ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus autem Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divine legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis sibi auscultis, ordinandorum genus, personam, aetatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem diligenter investiget & examinet.

Ecce quod olim toti populo concedebatur, jam conceditur Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris; quamvis & quilibet ex populo audiretur, si quidpiam contra ordinandum deponeret, ut patet ex Pontificali tit. de Ordinatione Diaconi, ubi sic lego: Pontifex interrogat dicens: Scis illos dignos esse? Respondet Archidiaconus: Quantum humana fragilitas nosse finit, & scio & testificor ipsos dignos esse ad hujus onus officii. Et Pontifex dicit: Deo gratias. Et ad eorum Ordinationem procedit. In primis Pontifex cum mitra sedens Clero & populo annuntiat dicens: Auxiliante Domina Deo & Salvatore nostro Iesu Christo, eligimus vos presentes Subdiaconos in Ordinem Diaconi. Si quis habet aliquid contra illos pro Deo & propter Deum cum fiducia exeat & dicat; verumtamen memor sit conditionis sue.

Et sanè, quid aliud probat exemplum Eleazar? Putas, quia populus propriè elegerit, aut ordinaverit Eleazarum Sacerdotem? Clarum est quod non; sed electus fuit immediatè à Deo, & à solo Moyse ordinatus, ut patet ex illis verbis Num. 20. v. 27, & 28. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cumq; Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius.

Fecit, inquam, Moyses, non ut consenserat populus, sed ut præceperat Deus, ita ut tametsi totus populus contradixisset; equidem Moyses Aaronem spoliasset vestibus suis, & induisset eis Eleazarum filium ejus.

Itaque Cyprianus, vel non fuit locutus de propria electione, seu consensu populi; sed tantum de testimonio probitatis, seu idoneitatis; vel si de propria electione & consensu, intellexit tantum pro iis locis, in quibus tale jus seu consuetudo vigeat, quod jus seu consuetudinem dicit descendere de divina auctoritate; non quasi illud jus populo competat ex lege divina, Ecclesiam obligante; sed quia Ecclesia

16. Testimonium vitæ & morum ordinandorum conceditur Sacerdotibus ex Tridentino.

Pontifex Romanus

17. Nihil aliud probat exemplum Eleazar.

18. Quæ fuerit mens Divi Cypriani.

ad imitationem Dei & Apostolorum aliquando requisivit ad melius esse consensum populi.

Hinc, paucis interjectis, concludit Cyprianus, dicens: Propter quod diligenter de traditione divina & Apostolica observatione observandum est & tenendum, quod apud nos quoque, & serè per provincias universas tenetur (ergo non per omnes, ut debuisset, si fuisset juris divini) ut ad Ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui Prepositus ordinatur, Episcopi eiusdem provincia proximi quinque conveniant, & Episcopus deligatur plebe presente, quæ singulorum vitam plenissimè novit, & uniuscuiusque actum de eius conversatione perspexit.

Ubi nihil aliud requirit, quàm ut Episcopus deligatur præsentè plebe: Episcopus, inquit, deligatur, scilicet ab Episcopis eiusdem provincie proximis, plebe præsentè, quæ singulorum vitam plenissimè novit, ut si fortè testimonio plebis inidoneus reperitur, rejiciatur, & non deligatur ab Episcopis. Et aliundè, sicut statim dixi, tamen tunc temporis plebs habuisset verum suffragium in electione Episcoporum, de facto per constitutiones Ecclesie, propter inconvenientia, procedente tempore exorta (quæ vide apud D. Chrysostr. lib. 3. de Sacerdotio) eo suffragio privata fuit, ut patet ex Conciliis supra allegatis.

Habet quidem populus Christianus divinum mandatum, audiendi veros Pastores; & fugiendi falsos, ergo habent potestatem eligendi bonos, qualis Consequentia? Nam & infideles ad quos mittuntur Pastores, habent illud mandatum divinum, & tamen, etiam secundum Hæreticos, non habent potestatem eligendi propriè dictâ electione, de qua hic agimus.

Qui ergo habent potestatem propriè eligendi seu mittendi Pastores? Episcopi qui (secundum Apostolum 1. Cor. 4. v. 1.) sunt ministri Christi (per consequens Ecclesie Christi) & dispensatores mysteriorum Dei, id est, Sacramentorum. Nec hoc tantum; sed etiam sunt Rectores & Præsides Ecclesie Christi, juxta illud Actor. 20. v. 28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.*

Planè, inquis; sed qui regunt aliquam Communitatem, possunt, solent, & ex lege communi debent eligi ab illa Communitate.

Respondeo; qui regunt in temporalibus, concedo, quando est Communitas libera, alioquin clarum est, quòd hodie pleræque Communitates non eligant sibi Rectorem, quàmvis aliquando elegerint. Et quid mirum, si Communitates liberæ sibi eligant Rectorem? Sicut enim antequam ex pluribus hominibus corpus mysticum fiat, singuli habent suam libertatem à potestate politica, ita postquam corpus mysticum effectum est, liberum manet illi multitudinis, se subicere vel uni vel pluribus,

secundum beneplacitum suum, nulli enim potestas eorum invenitur restricta.

Hinc aliquæ Respublicæ supremam potestatem sibi retinuerunt, ut Veneta & Genevensis; aliæ suam potestatem in unum supremum Principem contulerunt; aliæ in Magistratum, & argumento leg. 1. ff. de Constit. Principum. Quod Principi placuit, legis habet vigorem, cum lege regia, quæ de imperio eius lata est, populo ei, & in eum, omne suum imperium & potestatem conferat.

Igitur populus, qui potestatem suam non contulit Principi, ipse legem ferre potest, ipse eligere potest Rectorem suum. Ergo Ecclesia sive populus fidelis potest & debet eligere Rectores in spiritualibus, Pontificem, Episcopum, Pastores, negatur Consequentia. Nisi Christus, qui corpus illud mysticum, Ecclesiam intelligo, per se ipsum immèdiatè instituit, etiam per seipsum immèdiatè instituit Rectorem, dicens Petro & omnibus ejus successoribus Joannis 21. v. 17. *Pascere ovem meam.*

Consensu quia Petrus constitutus fuit Rectorem Ecclesie à populo fidelis? Scio quia non debet ergo nec populo fidelis competit potestatem eligendi ejus successorem; neque eligendi non mittendi Episcopos, & Pastores; sed hoc competit summo Pontifici, utpotè qui immèdiatè à Deo, suppositâ legitimâ electione, non tantum à populo fidelis, accipit omnem suam potestatem regendi Ecclesiam Dei, & per consequens constituendi necessarios ministros, quales sunt Episcopi & Pastores.

Itaque cum populus fidelis non habeat illam jurisdictionem spirituales, nequit tam illi & in alios conferre; neque ostendit potestatem loco Scripturæ, Deum ei dedisse potestatem independentem à Pontifice eligendi seu mittendi certas personas, quibus vel ipse potest, vel per Pontificem daret illam jurisdictionem.

Dices; Christus dedit Ecclesie suæ potestatem ligandi atque solvendi, ex D. Augustini tract. 224. in Joannem tibi: *Quando ei (Petro) dictum est: Tibi dabo claves regni caelorum, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cælis, & quodcumque solveris super terram erit solvitur & in Cælis: Tunc significabat Ecclesiam, quæ in hoc seculo dicitur rationibus vel invidiis, simoniis, & similibus, quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super Petram. Et post pauca: Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, Claves ab eo regni Cælorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi, solvendi peccata. Rursumque multis interjectis: Quoniam nec iste (Petrus) solus, sed universa Ecclesia quæ solvit, peccata.*

Respondetur; Augustinus hoc loco nihil aliud vult, quàm potestatem ligandi & solvendi non esse concessam soli Petro, id est, Petro pro se tantum, sed etiam pro omnibus successoribus; neque in propriam dimittere utilitatem.

19.
Ocurrunt
objectioni.

Qui habent
jus
eligendi
Pastores.

Act. 20.

20.
Alia obje-
ctio.

Solvitur.

CONCLUSIO II.

Omnis Episcopus, etiam excommunicatus, suspensus, hæreticus, degradatus, valide ordinat.

Hæc Conclusio supponit, Episcopatum esse verum Ordinem, cujus character indelebilis sit, sicut character Sacerdotii. Veluti ergo quilibet Sacerdos bonus juxta ac malus, schismaticus, hæreticus, excommunicatus, suspensus, aut degradatus, valide consecrat, ut probavimus Disp. 5. Sect. 2. Concl. 4. per totam; eadem profecto ratione quilibet Episcopus, bonus juxta ac malus; schismaticus, hæreticus, excommunicatus, suspensus aut degradatus, valide ordinat.

Quæris, quæ sit illa ratio? Respondeo; quia tam Consecratio, quam Ordinatio, est actus Ordinis, & non jurisdictionis; jam autem Ecclesia solam jurisdictionem potest auferre; minime sacrum Ordinem, cum imprimatur character indelebilem; quamvis ergo possit impedire & prohibere executionem seu actum Ordinis, tamen nequit eum invalidare seu reddere irritum, si aliis legitime fiat.

Potest ergo Ecclesia Episcopum excommunicare, & per consequens auferre omnem ejus jurisdictionem, ita ut nullus actus jurisdictionis, puta excommunicare, absolvere, dispensare &c. valeat; potest eum suspendere ab executione Ordinum, ita ut illicitè consecret, confirmet, ordinet, potest eum degradare sive spoliare omni dignitate & honore Episcopali, omnibus privilegiis Episcopalibus &c. attamen si talis Episcopus attentet consecrare, confirmare, aut ordinare, quod factum fuerit servatis servandis, id est, servata debita materia, forma, & intentione; robotis firmitatem obtinebit: Multa quippe fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent robotis firmitatem. c. Ad Apostolicam, 16. de Reg.

Atque hæc est communissima sententia, supposito, sicut dixi, quod Episcopatus sit Ordo imprimens indelebilem characterem; eamque in terminis docet Scotus 4. dist. 25. q. unica n. 14. dicens: De secundo articulo principali certum, est de quinque panis ultimis (puta infamia, irregularitate, excommunicatione, interdicto & suspensione) quod non prohibent à collatione, vel susceptione Ordinum de facto, ut probatur per Aug. 1. q. 1. Quod quidam. Et est ratio; quia cum illis panis potest stare & ratio ministris, & susipientis, & intentio, & alia necessaria hinc inde. De jure autem prohibent, ita quod illicitè attentetur contrarium, tamen si attentatur, hoc fit, quod intenditur.

De prima autem pena, scilicet degradatione, maxime si fiat circa Episcopum, dubium est, utrum excludat conferre Ordines de facto. Ita Doctor Subtilis: Et ratio dubitandi est. Nam si Episcopatus

Bbbb z non

26. Prohibitio Concl.

27. Ecclesia potest Episcopum privare sua jurisdictione.

28. Infamia, irregularitas &c. non excludunt conferre Ordines de facto, ex Scoto.

Secus de jure.

A degradatione excludat de facto?

Ratio per

tem, sed in bonum totius Ecclesiæ, id est, omnium Christi fidelium: ergo populus fidelis habet potestatem ordinandi, eligendi, mittendi, negatur Consequentia; nisi hoc sensu, quo ea, quæ conceduntur Magistratui, aut Principi, dicuntur concedi Reipublicæ, adeoque quæ possunt fieri à Principe, dicuntur posse fieri à Republica, & quæ per Principem vel Magistratum fiunt, dicuntur fieri à Republica.

24. Quo sensu populus fidelis accipit Claves.

Quo sensu Ecclesia dicitur firmamentum veritatis.

25. Quæ ratione solus Episcopus sit minister ordinarius.

Tali, dico, sensu populus fidelis seu Ecclesia accipit Claves, id est, potestatem ligandi atque solvendi; quia Petrus, qui erat Caput Ecclesiæ, accipit illam potestatem, & tali sensu Ecclesia dicitur absolvere & ligare, & dicitur habere jus seu potestatem eligendi, mittendi Episcopos, & Pastores, ordinandi Sacerdotes & alios Clericos; quia Pontifex, qui est Caput Ecclesiæ, absolvit & ligat, habet jus eligendi, mittendi, ordinandi, & omnia hæc facit tamquam Caput Ecclesiæ seu fidelis populi.

Et simili ratione Ecclesia dicitur columna & firmamentum veritatis apud Apostolum 1. Timot. 3. v. 15. *Ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.* Quia dictum est Petro, qui est Caput Ecclesiæ: *Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua.* Luc. 22. v. 32.

Sicuti ergo, quod pars corporis facit, totum corpori tribui solet; licet reliquum corpus neque præter unquam, neque præstare possit, quod est illius partis proprium; v. g. videt totus homo oculis, tamen nulla ratione queat lingua, manibus, pedibus, aliove membro videre; ita quoque dici posset, totam Ecclesiam ordinare Sacerdotes, Episcopos eligere, & mittere Pastores, quia id facit per Pontificem, qui est Caput Ecclesiæ & alios Episcopos, qui sunt oculi Ecclesiæ, tamen nulla ratione per laicos possit id facere.

Ut ergo finem imponamus huic controversiæ, dicimus cum Ecclesia Catholica, solum Episcopum esse Ministrum ordinarium Sacramenti Ordinis; non tantum, quia ad ipsum solum pertinet imponere manus, quod etiam admittit Calvinus supra §. 16. ibi: *Hoc postremum habendum est, non universam multitudinem manus imposuisse suis ministris, sed solos Pastores;* sed etiam, quia nulla aliis competit jurisdicatio seu jus imperandi Episcopis, ut certis hominibus à se designatis, manus imponant, quasi hæc designatio foret necessaria ad validam Ordinationem, quod perverse, ut patet ex dictis, negant hæretici, contra quos diffusius disputare, non est nostri instituti.

Progrediar itaque ad alia, de quibus controversitur inter Catholicos. Et primò quæritur; an omnis Episcopus etiam excommunicatus, suspensus, hæreticus &c. valide ordinet? Responsio erit

patre affir-
mativa.

non est verus Ordo, sed tantum Ordinis dignitas seu eminentia; ut quidam volunt, cum tunc Ordinatio foret actus illius dignitatis, qua ratione valide ordinaret Episcopus, cui per degradationem foret ablata illa dignitas?

29.
Occurritur
objectioni.

Si dixeris; illa dignitas seu eminentia semper manet cum ipso caractere Ordinis Sacerdotalis, etiam ablata omni iurisdictione. Quæro ego: unde hoc probatur? Sanè non videtur aliud esse illa dignitas seu eminentia, quam amplior potestas iurisdictionis. Quacumque autem iurisdictione in Ecclesia (inquit Scotus 4. dist. 24. q. unica n. 6.) vel per Superiorem suspendi potest, ita quod si tempore suspensionis attentet aliquid facere, nihil facit; vel potest totaliter pro omni tempore tolli.

Scotus.

Unde ibidem sic ait Doctor Subtil. Alii contradicunt Conclusioni, quam tenent ille duæ viæ; quia negant Episcopatum esse Ordinem propriè dictum, & ideo nec Ordinem superiorem Sacerdotio, ut dicitur prima viæ, nec eo inferiorem, ut dicitur secunda; nec dicitur ibi caractere imprimi, sed an sit delectibilis à Papa deponente Episcopum, vel non delectibilis propter consecrationem, cum qua confertur, altercatur inter se, sed vana videtur altercatio, negando Episcopatum esse Ordinem. Quacumque enim iurisdictione &c. ut supra.

30.
Sententia
Scoti Episcopatum
non est Ordo propriè
dictus esse
delectabilem.

Putat ergo ibi Scotus; supposito, quod Episcopatus non sit Ordo propriè dictus, distinctus à Sacerdotio, imprimens caractere indelebilem, videtur, inquam, sentire, quod Episcopatus sit delectibilis à Papa, non obstante consecratione, cum qua confertur.

Idemque rursus videtur docere 4. dist. 25. q. unica n. 15. ibi: Ad illud de hæresi verum est, quod non excludit de facto, sed de iure excludit, si talis etiam non sit condemnatus. Si verd sit præcisus & condemnatus ab Ecclesia, non confertur Ordines, si Episcopatus non sit Ordo, & possit simpliciter auferri, sicut haberent respondere illi, qui tenent Episcopatum esse non Ordinem, sed quamdam dignitatem additam super Ordines, quæ ad iurisdictionem magis spectat.

31.
Contrarium
sentient
Doct. Angel.
& Seraph.

Contrarium sentiunt Doctor Angelicus & Doctor Seraphicus, quos alii plures sequuntur. Sed videtur pro magna parte quæstio de nominibus sic enim ait D. Thomas 3. part. in Supplem. q. 38. art. 2. ad 2. Dicendum, quod in promotione ipsius Episcopi datur sibi potestas, quæ perpetuò manet in eo, quamvis dicit non possit caractere, quia per eam non ordinatur homo directè ad Deum, sed ad Corpus Christi mysticum: & tamen indelebiter manet, sicut caractere, & per consecrationem datur.

Ubi, ut vides, non fundat suam sententiam in eo præcisè, quod illa potestas detur per consecrationem, sed simul in eo, quod indelebiter maneat, sicut caractere. Verùm cum Ecclesia nullibi definiat aliquam potestatem indelebiter manere, præter caractere, cur non melius illa potestas diceretur caractere? Quippe saltem indirectè ordinat ad Deum, cum per eam Episcopatus conferatur.

scopus aliis conferat potestatem consecranda Corpus & Sanguinem Christi.

Consimiliter Doctor Seraphicus, probè tenens, omnem iurisdictionem propriè dictam, quæ datur à Pontifice, ab eodem posse tolli; & per consequens, si Episcopatus solum esset amplior iurisdictione, potestatem ordinandi non fore indelebilem; nisi iam Episcopatum vocat potestatem amplioiorem iurisdictionis, sed amplioiorem potestatem ligandi & solvendi; hæc autem duplex est, Ordinis & iurisdictionis.

Equidem Episcopatum posse esse abique omni iurisdictione, nimis clarum est. Unde quando vult probare, Episcopatum hæreticum posse valide ordinare, magis quam valide absolvi, hanc assignat disparitatem 4. dist. 25. artic. 1. quæst. 2. ad 3. ad illud, inquit, quod obicitur de potestate absolvendi, dicens, quod non est simile, quia absolutio Sacerdotalis, non nulli est, aut sine fictione est, nullus autem sciens ab Hæretico absolvitur, qui caret fideione. Atque tamen potestatis, quod potestas quadruplex reperitur in ministerio Ecclesie. Quædam namque est fundata super Ordinem principaliter, ut potestas consecranda Corpus & Sanguinem Christi. Quædam super iurisdictionem communem principaliter, ut potestas excommunicandi. Quædam super Ordinem & eminentiam, ut potestas ordinandi. Quædam super Ordinem & iurisdictionem, ut potestas absolvendi & ligandi in foro parochiali. Et quoniam caractere auferri non potest, ita potestas, quæ consequitur caractere de facto auferri non potest. Sed quoniam iurisdictione descendit ordinandi superiori ad inferius, ita quod plerumque est in summo Pontifice, ideo potest auferri eam, & potestatem, quæ consequitur ipsam. Unde patet excommunicandi potestatem absolvendi & excommunicandi, non esse ordinandi. Utique quia potestas ordinandi non consequitur iurisdictionem, sed eminentiam.

Quæris, quid sit illa eminentia, & quæ saltem per degradationem, non possit auferri Ecclesie; & si non possit auferri, quare non possit dici imprimere caractere indelebilem, & per consequens, quare non possit dici verus Ordo? Respondet D. Bonaventura 4. dist. 24. p. 2. art. 2. q. 3. in corpore. Cuius Ordinis potestas principaliter sit ordinata ad dispensationem Sacramentorum, & maxime illius Sacramenti nobilissimi, scilicet Corporis Domini, ubi est status gradus, & Ordinum ascendendum, & in ultra a Sacerdotio non est gradus Ordinis. Sed tamen intra hunc gradum & Ordinem consistit esse distinctionem graduum & officiorum, quæ tamen novum gradum vel Ordinem non constituunt, ut Archiepiscopatus, Episcopatus, Archiepiscopus, Patriarcha, Pontifex, semper, quæ ultra Sacerdotium non addunt Ordinem nisi gradum novum, sed solum dignitatem & officium. Et hæc potestatis, prout concernit Ordinem Sacerdotii, hæc potestatis dicitur Ordo: sed prout distinguitur contra Sacramentum, dicitur dignitatem quamdam vel officium Episcopatum, quæ non est propriè nomen Ordinis, nisi nomen characteris imprimitur, nec nova potestas datur, sed

potestas data ampliat. Vnde sicut non recipit alias Claves, sic nec alium Ordinem. Hæc ille.

Et rursus ad 5. Ad illud, inquit, quod obicitur, quod Ordo est signaculum, in quo spiritalis potestas &c. dicendum, quod Episcopatus deficit quantum ad utramque partem definitionis. Primum namque deficit à ratione Ordinis, quantum ad hoc, quod dicitur signaculum, quia signaculum ibi accipitur pro characterem: & hic non imprimitur in Episcopatu, cuius signum est, quod non potest Episcopus consecrari, nisi sit Sacerdos: & ita per se characterem non imprimi. Amplius deficit; quia non datur ibi nova potestas, sed solum potestas ligandi & solvendi ampliat: & ideo in huius signum baculus pastoralis portigitur. Vnde sicut collatio pallii non dat novum Ordinem Archiepiscopo ultra Episcopum: sic nec collatio baculi, aut annuli, aut mitre, aut alicuius consimilis ultra Sacerdotem: talia enim potius sunt Sacramentalia, quam Sacramenta: non enim Sacramentalia tantum præcedunt Sacramentum, sed etiam sequi possunt. Hæc tamen Doctor Seraphicus.

34. Per consecrationem Episcopi datur nova potestas.

Sed, salvâ ejus reverentiâ, per consecrationem Episcopi potius datur nova potestas, quam amplietur potestas ligandi & solvendi; quæ enim, potestas confirmandi est potestas ligandi & solvendi? Quis umquam SS. Patrum aut Doctorum Scholasticorum eam sic appellavit? Similiter quis eorum vocavit potestatem ordinandi, potestatem ligandi & solvendi? Et tamen illas potestates accipit Episcopus in sua consecratione; ergo potius novam potestatem, quam ampliorem potestatem ligandi & solvendi, nisi sic placeat eam vocare; quia, secundum communem sententiam, supponit potestatem ligandi & solvendi, & ita totum reducitur ad questionem de nomine.

35. Dignitas Archiepiscopalis non est omnino similis dignitati Episcopali.

Deinde quæro; Archiepiscopus potest amittere suam dignitatem per degradationem? Sed cur non potest; quandoquidem hæc dignitas sit meri juris seu instituti Ecclesiastici? Qui ergo illam instituit, & dedit, cur non poterit eam auferre? Si ergo Episcopatus est similis dignitas, cur non similiter poterit auferri ab Ecclesia, saltem per degradationem? Vel si non est omnino similis, quomodo bene sequitur: Archiepiscopus non imprimi characterem distinctum; ergo nec Episcopatus?

Nunquid Archiepiscopus potest aliquid indelebiter & inamissibiliter facere, quod non potest facere Episcopus; sicut Episcopus potest aliquid, etiam secundum Doctorem Seraphicum, indelebiter & inamissibiliter facere, quod non potest facere simplex Sacerdos? Cur ergo Episcopatus non potest esse proprius Ordo, tamen Archiepiscopus solum foret aliqua dignitas seu eminentia? Ergo D. Bonaventura non videtur rectè argumentari ab Archiepiscopatu ad Episcopatum; alioquin, sicut dixi, sequeretur, Episcopatum esse amissibilem per degradationem, sicut est amissibilis Archiepiscopatus.

Dices; disparitas est, quod Episcopatus consecratur cum aliqua consecratione, secus Archiepiscopatus; jam autem potestas, quæ cum aliqua consecratione confertur, numquam potest tolli; sicut nec consecratio; permanente re consecratâ, nam consecratio calicis semper cum ipso permanet.

36. Obiectio

Resp. Vázquez.

Sed ad hoc argumentum, si solum naturam consecrationis in universum consideremus, bene respondet Vázquez disp. 243. c. 2. quàmvis verum sit, potestatem, quæ confertur cum consecratione aut benedictione rei, numquam tolli permanente consecratione aut benedictione, tamen si benedictio & consecratio essent solum ex jure Ecclesiastico, & potestas cum ea eodem jure conferretur, posset voluntate etiam Ecclesiæ tolli consecratio & benedictio, permanente re consecratâ, aut benedictâ, & ex consecrata profana res fieri, ac proinde potestas, cum hac benedictione aut consecratione collata, etiam auferri. Hæc ille. Nec video, quid possit opponi.

Nonne de facto Ecclesia consecrata polluitur sanguinis aut seminis effusione, & aliis quibusdam actibus, ita ut indigeat reconciliatione? Cur similiter non potuisset Ecclesia facere, ut iisdem actibus tota consecratio periret, ita ut de novo debuisset consecrari, ac si numquam fuisset consecrata?

37. Dignitas Abbatialis potest auferri ab Ecclesiâ uti & Archiepiscopali.

Et verò dignitas Abbatialis, nonne confertur cum aliqua benedictione? Putas autem, quod ideo per Ecclesiam non possit quispiam ea dignitate privari? Immo & Archiepiscopalis dignitas confertur cum aliqua benedictione, ut patet ex Pontificali Romano Tit. de Pallio; & tamen nemo dubitat, Ecclesiam per degradationem Archiepiscopum posse spoliare eâ dignitate, ut supra diximus. Cur ergo similiter, dicit quispiam, non possit Episcopum spoliare suâ dignitate & potestate, tamen cum consecratione collata sit?

Quare dignitas Episcopalis non potest auferri.

Respondeo; quia consecratio Episcopi est verus Ordo, imprimens characterem indelebilem, secus benedictio Archiepiscopi aut Abbatis. Vázquez supra nu. 21. ait: Potestas & consecratio, quæ divino jure alicui confertur, si vè sit Ordinis, si vè non, nullo facto aut jure Ecclesiastico ab aliquo auferri potest, sed semel collata perpetuò cum ipso usque ad mortem manet; hujusmodi est potestas & consecratio Episcopi; ergo neque degradatione, neque ullo alio modo ab Ecclesia tolli potest. Hæc ille.

38.

Itaque si vè dixeris Episcopatum esse verum Ordinem, si vè dignitatem & eminentiam, à Deo tamen institutum, cum potestate confirmandi & ordinandi, liquet profectò, potestatem ordinandi, semel legitime collatam, ab Ecclesia non posse auferri, etiam per degradationem; adeoque omnem Episcopum, etiam degradatum, valide, quàmvis illicite, ordinare.

Omnis Episcopus etiam degradatus validè ordinat.

Nec obstant jura, quæ in contrarium citantur; nam commodè intelligi possunt, immò debent, de Ordinatione tantum illicita; vel de suspensione ab Ordinis sic suscepti executione; aut certè de Ordinatione invalida, non propter hæresim, excommunicationem, suspensionem, aut degradationem Episcopi ordinantis; sed defectu legitimæ materiæ, formæ, aut intentionis; ut jam ostendo.

39. Obicitur ergo, quod ait Gregorius lib. 3. Epist. 20. & ponitur 9. q. 1. c. 1. Nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis hominibus est celebrata. Sed intellige cum Glossa ibi verb. Celebrata: Præter formam Ecclesie, id est, absque materia aut forma debita.

Dicas ergo (inquit Glossa ibi q. 1. verb. Quod Ordinario) quod si quis recipiat ultimam manus impositionem (id est, Ordinem Episcopalem) in Ecclesia, si extra, dum tamen forma Ecclesie servetur in ordinando (id est, adhibeatur debita materia & forma, à vero ministro, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia) semper ordinem confert, sed non semper executionem, & hoc si sciens, si vero ignorans ordinatur ab eo. Sed in hoc solo est differentia, quod ordinati ab Episcopis, qui recipiunt ultimam manus impositionem in Ecclesia, si ignorantes, si sciens, si aliis digni fuerint, possunt tolerari &c. Si autem sunt ordinati ab Episcopo, qui extra Ecclesiam recipit manus impositionem, si sciens nunquam tolerantur: si ignorans, & hoc probaverit, tolerantur (id est, admittuntur ad executionem Ordinis) ut infra ead. Ordinationes. Hac ergo sit fides tua, quod Hæretici & excommunicati, & depositi vera Sacramenta (Ordinis) conferunt, & verum corpus Christi conficiunt. Ita Glossa.

40. Unde Urb. 2. (& refertur ibidem cap. 4.) scribit, dicens: Ab excommunicatis, quondam tamen Catholicis Episcopis, ordinatos, siquidem non simoniacè Ordines ipsos acceperunt, & si ipsos Episcopos simoniacos non fuisse constituerit; ad hæc si eorum religio sit vita & doctrine prerogativa visa fuerit promereri, penitentia indidit, quam congruam duxeris, in ipsis, quos acceperunt Ordinibus, permanere permittas, id est, exercitium Ordinum, quos acceperunt, eis poteris permittere. Ergo supponit Pontifex, Ordines sic collatos ab excommunicatis fuisse validos, aliqui iteratò conferri debent.

Similiter intelligo, quod ait idem Pontifex in Synodo Placentina c. 9. & sequent. & refertur eadem c. 5. Ordinationes, quæ ab Archiepiscopis nominatim excommunicatis facta sunt & ab eis, qui Catholicorum adhuc viventium Episcoporum sedes invaserunt, irritas esse indicamus; nisi probare voluerint, se cum ordinarentur eos nescisse damnatos. Qui verò ab Episcopis quondam Catholicè ordinati, sed in schismate à Romana Ecclesia separatis, consecrati sunt, eos nimirum tam ad Ecclesiam unitatem redierint, servatis propriis Ordinibus misericorditer suscipi jubemus, si tamen vita & scientia eos commendat.

Ubi Glossa verb. Nisi probare, inquit: His di-

stinguatur inter ordinatos ab illis, qui receperunt ultimam manus impositionem in Ecclesia, & ordinatos ab illis, qui receperunt ultimam manus impositionem extra Ecclesiam, & tam hi, quam illi recipiunt Ordinem, scilicet charactere, sed non executionem. Scilicet ergo in jure dicitur Ordinatio irrita, quæ solum est illicita, & non tribuit potestatem licite exercendi Ordinem susceperunt.

Sic quippe eadem causâ q. 2. c. 1. Callixtus Papa scribit Epist. 2. ad Episcopos Gallie, dicens: Nullus alterius terminos usurpet, nec alterius Parochianum iudicare, vel ordinare (hoc verum non habetur in originali) aut excommunicare presumat, quia talis iudicatio vel Ordinatio aut excommunicatio vel damnatio nec rata erit, nec potestas ullas habebit.

Et tamen constat ex cap. 10. eadem q. 2. quod est Urbani Papæ in Epist. ad Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum, ejusmodi Ordinationem esse validam; sic enim scribit: Legationis Parochia (aliis, Ecclesia) Clericos, quos una statuta Canonum ab alterius Parochia Episcopi ordinatos literarum tuarum significatione manifestam graduum suorum honore recipere religionis tue prudentia poteris, si eis aliis canonicè & sine preiudicio aliqui ordinatos constitueris: si tamen eorum privilegium vitam id indulgentia perspexeris premereri.

Ex his facile respondetur ad cap. 2. q. 9. Excommunicati licet manus imponant, quæ potestatem ordinandi non habent. Vbi autem illius manus impositio, vulnus infigitur. Unde reterari necesse est, quod minimè probatur esse collatum. Respondetur, inquam, nullius esse auctoritatis, & continere manifestam falsitatem, si locum de Ordinatione, in qua servata est forma Ecclesie.

Hinc respondeo ad cap. 3. ead. quod est Urbani Papæ Epist. 4. alias 5. Per illicitam manus impositionem vulneratum caput illi, qui videtur aliquid recepisse, habebat: & ubi videtur nihil accepisse, necesse est medicinam adhibere, quæ infusa fuerit macula, id est, reterari necesse est, quod legitime actum aut collatum minimè probatur, si potestatem esse debet. Nam quomodo honorem potestatem non habuit, invenire non possum.

Respondeo, inquam, hunc Pontifex qui de Ordinatione, facta à Chorepiscopis, quos ipse non videtur agnovisse pro veris Episcopis, ut patet ex illa Epist. Quid ergo mirum, si reterari necesse est, quod legitime actum aut collatum minimè probatur? Supponitur quippe, non fuisse servatam formam Ecclesie, id est, non fuisse Ordinem collatum à vero ministro, id est, Episcopo; sed à simplici tantum Sacerdote, absque speciali commissione Pontificis, adeoque reverè Ordinem fuisse servatè collatum. Itaque propter jam citata, & similia jura, quæ videri possunt Disp. 1. Sect. 7. Conclus. 2. non est recedendum à communi sententia.

43. Objectio ex Arriaga. Sed aliam difficultatem movet hic Arriaga disp. 57. n. 2. dicens: In nostra sententia, quâ diximus, relictam fuisse à Christo Ecclesiæ determinationem eorum signorum, collativorum talis Ordinis, posset aliquis dicere, liberum etiam fuisse Ecclesiæ determinare, ut signum adhibitum ab excommunicato, aut hæretico, non sit verum signum ad placitum; uti adhibendo has vel illas accidentales solemnitates, efficit Ecclesia, ut contractus clandestinus, non esset verus contractus, ac proinde nec sufficiens materia Matrimonii.

Ratio à priori & universalis est, quia in signis ad placitum potest Republica exigere has vel illas conditiones, quibus ablatis cesser in ea re ratio signi: potuit ergo Ecclesia requirere, ut Episcopus eas voces proferens, & manus imponens, non sit hæreticus, vel excommunicatus, ad hoc ut illa exteriora signa, sint verè signa collati Ordinis. Nam ea impositio potest diversissimè usurpari, vel pro signo Absolutionis à peccato, sicut multi Confessarii antequam dent Absolutionem facere solent, vel pro maledictione; sic è contrario senes illi, ut ostenderent Susannam ream, manus illi supra caput imposuerunt. Potest ergo Ecclesia efficere, ut impositio manuum ab Episcopo hæretico, non sit signum ad placitum collati Ordinis Sacerdotalis &c. Hactenus Arriaga. Et eadem est ratio de Episcopo degradato, ut ibidem docet n. 10.

44. Prima responsio. Fortè responderi posset, Christum Ecclesiæ reliquisse determinationem materiæ; sed per se instituisse & determinasse in individuo ministrum; scilicet omnem verum Episcopum, bonum juxta ac malum, excommunicatum &c. Jam autem Ecclesia ita determinando materiæ, etiam determinaret ministrum, & facere posset, ut solus bonus Episcopus, immo solus Episcopus Romanus validè hoc Sacramentum conferret, quia posset velle, ut impositio manuum publici peccatoris, aut alterius Episcopi, quàm Romani, non sit signum ad placitum collati Ordinis Sacerdotalis. Quod an Arriaga admitteret, nescio.

45. Secunda responsio. Atque ut Ecclesia posset facere, ut impositio manuum ab Episcopo hæretico, aut degradato, non foret materia essentialis (de quo nullo modo dubitat Arriaga) autumas, quia sic fecerit? Constat ex Conciliis & Pontificali Romano sic non fecisse; nihil enim aliud dicunt, quàm impositionem manuum, aut traditionem instrumentorum esse materiæ; quod autem debeat fieri ab Episcopo non hæretico, non excommunicato, non degradato &c. ne verbulo quidem meminerunt; ergo nos rectè concludimus, eam non excommunicationem, non degradationem, non hæresim &c. neutiquam de facto esse conditionem essentialem ex parte materiæ, ad hoc, ut illa traditio instrumentorum, aut impositio manuum, sit re ipsa

signum ad placitum traditæ potestatis; ergo cum aliunde potestas ex parte ipsius Episcopi non possit auferri, eo ipso Episcopus, sive hæreticus, sive excommunicatus, sive degradatus, validè per istam traditionem instrumentorum, aut impositionem manuum ordinabit.

Sicut si Tridentinum non dixisset, ad valorem matrimonii requiri præsentiam Parochi, & duorum testium, nemo dubitaret de valore matrimonii clandestini; quoniam ex natura rei non ostenditur necessaria illa præsentia. Ergo cum nec ex natura rei, nec ex determinatione divina, non hæresis, non excommunicatio, non degradatio Episcopi, sint conditiones necessariæ, ad hoc, ut traditio instrumentorum, aut impositio manuum sit signum ad placitum traditæ potestatis, nisi expressis verbis Ecclesia illam conditionem determinet, nec potest, nec debet censeri essentialis; quod cum non faciat ut patet ex dictis, persistendum omnino in Conclusionem, & dicendum cum communi sententia, omnem Episcopum, bonum juxta ac malum, hæreticum, excommunicatum, suspensum, degradatum, validè ordinare, dummodo de cetero servet formam Ecclesiæ.

Petes pro fine; an requiratur ex parte Episcopi, ut habeat eum Ordinem, quem collaturus est. Et quidem si agitur de licito, jure communi prohibetur quis ministrare in superiori Ordine, seu ullum actum illius facere, nisi prius acceperit inferiorem Ordinem; qui illi deest, argumento cap. unici de Clerico per saltum promoti ibi: *Mandamus quatenus condignam penitentiam pro hujusmodi negligentia iniungas eidem: quâ peractâ (quia non intelligitur iteratum quod factum esse nescitur) ipsum in Diaconum ordinare procuret; & sic de misericordia eundem ministrare permittas in Ordine Sacerdotis, quem prius susceperat.* Ergo ante susceptum Ordinem Diaconatus non poterat ministrare, immo de misericordia non poterat Episcopus eum permittere celebrare.

46. Quod ergo hic queritur est; an Episcopus v. g. non Diaconus, sicuti ex antedictis suppono, aliquem posse esse, validè conferret Diaconatum. Ratio negandi est; quia *Quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest, quod non habet?* inquit Damasus Papa Epist. 4. aliàs 5. volens probare Ordinationem à Chorepiscopis fuisse nullam.

47. Atque pro hac sententia solet citari Doctor Seraphicus 4. dist. 25. art. 1. q. 1. ad 6. ubi sic ait: *Sine cunctatione verum est, quod nullus dat alii maiorem dignitatem, quàm habeat: nec minimum Ordinem dare potest, quem non habet.* Interim communis sententia est in oppositum, & affirmat, Episcopum non Diaconum, posse validè ordinare Diaconum; licet enim non habeat Diaconatum formaliter, habet tamen eminenter; quia Ordo Episcopalis continet eminenter alios inferiores.

46. An Episcopus possit conferre Ordinem, quem non habet.

47. Ratio pro parte negatîva.

Damasus.

quæm videatur sequi Doctor Seraphicus.

Communis sententia est in oppositum.

48.
Respons. ad
auctorita-
tem Damasi.

Ex quo patet responsio ad auctoritatem Pontificis, qui nihil aliud voluit significare illis verbis, quam potestatem Pontificiam seu Episcopalem esse necessariam, ut quis alium possit validè ordinare; loquebatur quippe de Chorepiscopis, quibus ipse auferre volebat omnem potestatem ordinandi, non quia carerent ipsi omni Ordine, quem conferebant; sed quia Pontificiam potestatem non haberent, ut virtute illius aliis inferiores Ordines præberent.

Sic enim ait Pontifex: *Et illi, qui Pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, que non habent, dare poterant? Quoniam nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Aut quis hominum, licet more humano loquamur, dare potest, quod non habet? Præsertim quum Pontifices non erant, ea que solis Pontificibus debentur, dare non poterant. Et propterea magis vulnerabant capita, que per manus impositionem tangebant, quam ea, que eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent.*

49.
Respons. ad
Doctorem
Seraphic.

Eodem modo intelligendus venit Doctor Seraphicus, qui eo loci nihil aliud intendit, quam minorem à majori benedicendum, quod verum erit, tamen Episcopus non Diaconus validè possit ordinare Diaconum. Subscribo ejus verba: *Dicendum, quod infallibiliter verum est, quod dicit Apostolus, Quod minor à majori benedicitur, pro statu, in quo benedicitur: nam sine cunctatione verum est, quod nullus dat alii maiorem dignitatem, quam habeat: nec minimum Ordinem dare potest, quem non habet (in se vel in æquivalente) & ideo Episcopus consecrans Atibi-episcopum vel Papam, omnino non tribuit ei nisi consecrationem Episcopalem.*

50.
Aliquis potest
quid
piam dare,
quod ipse
formaliter
non habet.

Profectò quempiam posse dare, quod ipse formaliter non habet, nimis clarum est in Baptismo & Confirmatione; nemo quippe dubitat, non baptizatum posse validè baptizare; non confirmatum posse validè confirmare; cur ergo non Diaconus non posset validè ordinare Diaconum? Immo si verum est, quod Ordo Episcopalis possit subsistere sine Ordine Sacerdotali, cur Episcopus non Sacerdos, non posset validè ordinare Sacerdotem?

Non video quid possit obstar, nisi voluntas Christi, quæ determinasset pro ministro essentiali, Episcopum habentem formaliter illos Ordines, quos confert; de illa autem voluntate nobis non constat, immo communis sententia contrariam supponit; quæ uti admittit, non Diaconum posse fieri Sacerdotem, ita concedit, verum Episcopum posse conferre Diaconatum, etiam si non sit ipse Diaconus.

Si autem à me queritur; an ad conferendos singulos Ordines sufficiat unus Episcopus, an verò plures requirantur? Respondeo citius:

CONCLUSIO III.

Ad Ordinationem Episcopalem tres Episcopi adhibendi sunt, saltem necessitate præcepti; et etiam necessitate Sacramenti, sub iudice lis est: ad ceteros Ordines sufficit unus.

Incipio à certioribus, uti est imprimis prima pars Conclusionis, quæ satis constat ex perpetua & universali praxi Ecclesiæ, quam improbare summæ dementia foret, accedere præsertim Pontifici Romano, quod Clemens VIII. Bullâ: *Ex quo*, ei præfixa, præcipit recipi & observari in omnibus universi terrarum orbis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus & locis, etiam exemptis, si quæ sint. In hoc autem Pontifici præscribitur unus Episcopus ad conferendos quatuor minores Ordines, & tres majores.

Atque in eodem Pontifici pro consecratione electi in Episcopum, præscribitur unus Episcopus Consecrator, & alii ad minus duo Episcopi Assistentes; ergo ad consecrationem Episcopalem tres Episcopi adhibendi, saltem necessitate præcepti, quæ est prima pars Conclusionis; æque certa ac ultima, clarius elucidanda ex dicendis circa secundam partem, quæ sub iudice est, id est, de qua adhuc nihil omnino certum statui potest; quia dependet à voluntate Christi, quæ hæctenus non est satis declarata pro una, aut altera parte, uti patet ostendo.

Itaque prima sententia docet, ad veram Ordinationem Episcopi necessariis esse pariter tres ut minimum Episcopos, tamquam ordinarios Ministros. Ita Vasquez disp. 243. c. 6. Et probat primùm, testimoniis Pontificum, quorum princeps est Anacletus in Epist. ad cretali c. 1. ubi sic ait: *Consultationibus vestris plenius respondissemus si licuisset: sed infirmitas reliquarum oppressionum onere pressu evocavit (postquam Dominus tribuit, & ut à beato Petro Principe Apostolorum sumus instructi, à quo & Presbyter ordinatus) scribere vobis (sicut petivimus).*

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica omnibus, qui in eadem fuerint provincia, Episcopis sunt celebranda. Qui simul convenientes, seriosè diligenter agant, etiam si cum omnibus celebrari præceptis, & manus cum sanctis Evangelicis, quæ prædicantur sunt imponentes Dominica die hora tertia orantes, sacrâq; unitione exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum (more Apostolorum & Martyrum) ungentes, quia omnis sanctificatio constat in unione sancto, cuius virtus invisibilis sancto Christum permixta, & hoc ritu solemnem celebretur Ordina-

nem. Quod si simul omnes convenire minime poterunt, assensum tamen suis precibus praebeant, ut ab ipsa Ordinatione animo non desint.

Porro & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus B. Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum, ut non minus quam à tribus Episcopis, reliquisq; omnibus assensum praebeantibus, ullatenus Episcopus ordinetur, & communi voto Ordinatione celebretur. Reliqui vero Sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo, ita ut cives & alii Sacerdotes assensum praebeant, & ieiunantes Ordinationem celebrent: similiter & Diaconi ordinentur. Hucusque praefatus Pontifex.

Quae latius volui referre (principium & finem Vasquez omittit) ne videamus imitari Acaatholicos, qui solent mutilatè citare SS. Patres, hinc inde aliqua exscribendo, quae in speciem deserviunt suo proposito, id est, patrocinantur suis erroribus, & omittentes ea, ex quibus veritas opposita aperte demonstratur.

Hanc itaque auctoritatem, omnibus consideratis, puto planè inefficacem esse ad probandum intentum. Nam quod dicitur: *Prout Dominus tribuit*, non necessariò significat divinam institutionem, quasi totum, quod ibi docet Pontifex, sit iuris divini; sic enim iure divino deberent fieri Ordinationes Episcoporum ab omnibus Episcopis, qui sunt in eadem provincia, praemisso diligenti scrutinio, jejunio & precibus per manuum impositionem & unctionem capitis. Immo ad Ordinationem validam Sacerdotum, necessarius foret ex iure divino consensus civium, & aliorum Sacerdotum, quod ex dictis supra constat esse falsum. Quin etiam ipse Vasquez negat unctionem capitis esse materiam essentialem consecrationis Episcopalis, disp. 240. c. 5.

Si dixeris; potest aliquid esse necessarium ex iure divino; licet nõ sit materia aut forma essentialis. Planè potest esse, sed quòd ita sit, unde constat? Deinde, eo admissò, quòd unctio sit iuris divini, tamen si sine ea sit valida Ordinatione; eadem prorsus ratione dicam ego, tamen si iure divino adhibendi forent tres Episcopi ad consecrationem Episcopalem; nihilominus eis non adhibitis consecrationem subsistere.

Itaque ly *Prout Dominus tribuit*, sic dictum est, sicut solemus dicere: *Deo dante*, seu, *Prout Dominus dederit mihi commoditatem breviter respondebo*: Nam praemisera Pontifex, propter onus infirmitatis & aliarum oppressionum seu occupationum, se non potuisse plenius respondere.

Omitto; probabilis omnes Apostolos à Christo immediatè fuisse ordinatos Episcopos, adeoque videtur Pontifex hic loqui, non de essentiali consecratione seu Ordinatione Episcopi, sed solum de aliqua cerimonia, qua illi tres Apostoli, Iacobum, à Christo Episcopum consecratum quasi universalem, speciali isti Eg-

clesiae deputaverunt, & quasi Archiepiscopum instituerunt, ut patet ex verbis supra relatis. Dederunt nihilominus formam seu modum aliquem, quo ex praeepto Apostolico successoribus eorum uterentur in essentiali consecratione seu Ordinatione Episcoporum, tamquam magis convenientem tantae dignitati.

Audiamus Gloss. in cap. Petro. 2. dist. 66. verb. Ordinatus. Id est, ad certi loci administrationem electus, vel ordinatus simpliciter. Sed nomine omnes Apostoli erant Episcopi? Videtur quòd sic: quia Petro primo fuit datus Pontificatus, & omnes alii fuerunt pari potestate praediti ut 21. dist. in novo. Item Episcopi successerunt in locum Apostolorum, ut 68. dist. Quorum. Ergo Apostoli fuerunt Episcopi. Item legitur de Iuda, quòd Episcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes Apostoli erant simplices Sacerdotes, & tamen consecrare poterant. Nam Moyses simplex Sacerdos erat, & tamen consecravit Aaron, ut 21. dist. §. 1. Nec tunc differentia erat inter Episcopum & Sacerdotem, ut 95. dist. Olim. Vel dic, quòd tantum visibilis unctione hi tres consecraverunt eum, sed prius erat invisibiliter unctus à Domino. Vel dic, quòd non ordinarunt eum, sed tantum formam ordinandi alius ostenderunt. Vel dic, quòd non in Episcopum, sed in Archiepiscopum eum ordinarunt. Vel dic, ordinarunt, id est, intronizaverunt eum ad administrationem certi loci; prius enim erat Episcopus sine titulo.

Sed contra, inquis; Anicetus Papa, septimus post Anactetum, verba supra allegata intellexit de forma, tradita ex institutione divina: sic quippe scribit Epist. decret. cap. 1. Scimus beatissimum Iacobum, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundum carnem Frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis Hierosolymorum Episcopum esse ordinatum. Si autem non minus, quam à tribus Apostolis, tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profectò, eos formam instituisse Domino, tradidisse, non à minus, quam à tribus Episcopis, Episcopum ordinari debere. Ergo Christus instituit, non à minus, quam à tribus Episcopis Episcopum debere ordinari.

Respondetur primò; indè ad summum sequi, necessitatem praeepti divini, ex qua non semper sequitur necessitas Sacramenti; nam multa Christus requisivit, solum ut licitè Sacramenta administrarentur, ut patet in Confessione Sacramentali, praeepta peccatori ante susceptionem Eucharistiae; in statu gratiae requisito ad Sacramenta vivorum; in aqua, secundum Aliquos, quae debet misceri vino ante consecrationem; item in balsamo; juxta eodem, ex quo conficitur Chrisma. Ergo similiter Christus potuit requisivisse ad licitam Ordinationem Episcopi, tres Episcopos, esto non ad validam.

Respondetur secundò; ly *Instituente*, idem est quòd, *Inspirante*. Itaque haec ceremonia instituta est ab Apostolis inspirante Domino, sicuti alia Ecclesiastica instituta merito dicuntur fieri

53. Offenditur hanc probationem esse inefficacem.

54. Obiectio solvitur.

55. Omnes Apostoli immediatè à Christo fuerunt ordinati Episcopi.

56. Obiectio.

57. Prima resp.

58. Secunda

C c c c

fieri ex illustratione & instinctu Spiritus sancti.

Quod autem non possit intelligi ly *Instituente*, in omni rigore, sicuti quando Christus dicitur instituisse omnia Sacramenta, vel inde factis colligitur; quod ea, quæ Christus immediate instituit, oportet magis esse stabilia, quam fuerit hæc forma ordinandi Episcopos, ut ex dicendis pro contraria sententia erit evidentissimum.

59.

Tertia.

Anicetus.

Accedit; quod, ut dictum est, Anacletus alia requirat, quæ constat non esse immediate juris divini. Immo & Anicetus verbis præallegatis continud attegit: *Sed crescente numero Episcoporum, nisi necessitas inter venerit, debent etiam plures (Episcopi) augeri, id est, si Archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes ejusdem provincie Episcopi ad Sedem Metropolitæ conveniant, ut ab omnibus ipse ordinetur.*

Et Ordinationem aliter factam vocat irritam dicens: *Illud quod de Archiepiscopi Consecratione prædictum est atque præceptum, id est, ut omnes Suffraganei cum ordinant, nullatenus immutari licet: quia qui illis præest ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit (Quoad officii executionem, inquit Gloss. cap. Archiepiscopus 1. dist. 66. verb. Irrita) ejus secus acta Ordinatio.*

60.

Ad consecrationem

Archiepiscopi suffi-

ciunt tres

Episcopi.

Et tamen constat ex hodierna praxi Ecclesie, sufficere tres Episcopos, etiam ad Consecrationem Archiepiscopi; nam est eadem consecratio Episcopi & Archiepiscopi, ut patet ex Pontificali Romano, exceptâ impositione Pallii super humeros electi, quæ fit ab uno Episcopo, cum unius tantum fiat mentio in Pontificali.

Pontif. Rom.

Quando electus (inquit Pontificali Tit. de Consecr. Electi in Episcopum, circa finem) in Patriarcham vel Archiepiscopum consecratur, forma præmissa in omnibus observatur, sed per hujusmodi consecrationem non assumit sibi nomen Patriarchæ vel Archiepiscopi, quod per traditionem Pallii duntaxat sibi attribuitur, usque ad quam dicitur electus, etiam post consecrationem prædictam. Electus vero in Episcopum cum primùm consecratus est, Episcopus vocatur, non Electus.

Et Tit. de Pallio: *Cum Pallium, inquit, à Sede Apostolica mittitur, Pontifex (id est, Episcopus) cui res ipsa committitur, statuta die cum Electo convenit in Ecclesia sua &c. Et infra: Juramento præstito, Pontifex surgit cum mitra & Pallium de altari accipit, & illud supra humeros Electi adhuc ante se genuflexi imponit dicens: Ad honorem omnipotentis Dei &c. tradimus tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officii cum Patriarchalis vel Archiepiscopalis nominis appellatione, ut utaris eo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimitur in privilegio, ab Apostolica Sede concessis, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Resp. Amen.*

Quo dato, Pontifex detulit capite vadit ad coram Evangelii altaris, & Patriarcha vel Archiepiscopus surgit cum Pallio; & ascendens ad altare coram suam ante se habens, si sit in Ecclesia sua, vel alia sua Diocesis, vel provincia, detulit capite benedixit populo solemniter, dicens: Sit nomen &c. Quæ benedictio datâ dimissis in Ecclesia paramentis; omnes ad sua revertuntur. Ubi nulla fit mentio Suffraganeorum.

Igitur argumentum, quod petitur ex hac auctoritate Anacleti, & Aniceti, valde inefficaciter probat intentum Valquezii. Inefficacitas autem probatur idem intentum ex illis verbis Anacleti Epist. 3. *Et Episcopus non ab uno, sed pluribus debet Episcopi ordinari. Quæ, ut ad oculum patet, possunt intelligi de præcepto Ecclesie.*

Majorem efficaciam videntur habere verba Damasi Papæ Epist. 4. alias 5. *Quod cum Episcopi non sint (loquitur de Chorepiscopis, quos non probare non fuisse veros Episcopos) qui magis quam à trinus sunt ordinati Episcopi, omnibus non quoniam (ut bene nascis) præbuitam à sacris & tribus, ut qui ab uno vel à duobus sunt ordinati Episcopi, nec nominantur Episcopi: si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Cum ait (inquit Valquez supra n. 69.) Episcopi non sint, manifestè denotat re ipsa Ordinem Episcopi eos non habere, & non tantum ab officio esse suspensos.*

Adde; quod Damasus non contentus probare, Chorepiscopis officium Episcoporum non convenire, quod cum essent ab uno tantum ordinati, suspensi essent ab officio, cum tres eorum Ordinatio ab Ecclesia toleraretur; sed quod veri Episcopi non essent. Quare cum dicit Damasus: *Qualiter officium habebunt? Per officium non intellexit exercitium tantum, sed etiam potestatem.* Hæc ille. Ante responsum nem,

Nota, Chorepiscopos sic dictos, quos villorum seu rurales Episcopi, ut colligitur ex Damaso supra ibi: *Cum dicit (Concilium Antiochenum can. 10.) Chorepiscopum, presbiteri villarum veluti intelligi Episcopum. Et si Villanus, qui agit in civitate, cum in una civitate duo officia habeantur esse Episcopi? Et si in villa, & in villa ubi antea Episcopi non fuerunt, cum & in multis villis, vel in villa aut castello Episcopus fuerit presbiter, & in omnibus omnino locis, ubi antea Episcopi non fuerunt, ne vilescat auctoritas & nomen Episcopi fuerint constituti, quid (rogo) erunt? Ecce hæc cum Ordinatione concordat, nec Ordinatio eorum quoniam si Episcoporum manus impositionem præterierunt, & ut Episcopi sunt consecrati, ubi sunt consecrati? Ad villam, quia Xepn villa est quæ dicitur. Et qualiter ad villam, si nec in castello, nec in villa civitate licet fieri, rogo ut pronatis: & si pronatis non potestis, quia (sic) per rationem, cum illius auctoritatem minime potestis dicere omni comparari, eos omni auctoritate carere non dubitatis, sicuti per*

ria obstant, quibus eorum cassatur actio vel institutio. Primum, quod ab uno Episcopo ordinari solent, in quo eorum Ordinatio à canonibus discordat, qui per manus Episcoporum eos institui jubent. Alid, si à pluribus Episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut in castello, seu in modica civitate, aut omnino non in eo loco praefixi, quo iuste Episcopi fieri debent, aut dudum non fuerint, ubi valescat auctoritas & nomen Episcopi, aut si in civitate cum altero Episcopo: cum (ut praedictum est) in una civitate duo non debeant consistere Episcopi. Tertium, si absolute (id est, absque titulo alicujus loci) fuerint instituti, sicut de quibusdam audivimus, quae omnia Episcopali omnino carent auctoritate.

videtur Concilium Antiochenum (quod fuit illegitimum Arianorum Conciliabulum, in quo depositus fuit Athanasius) can. 10. sequentis tenoris: Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum (duorum aut trium) perceperint, & ut Episcopi consecrati sint; tamen sancta Synodo placuit, ut medium proprium recognoscant, ut gubernent sibi subditas Ecclesias, eorumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiam Lectores & Subdiaconos, atque Exorcistas, quibus promotiones istae sufficiant. Nec Presbyterum vero nec Diaconum audeant ordinare praeter civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est.

Cum igitur Damasus meminerit hujus canonis, probabile apparet Aliquibus, eum non negasse omnibus Chorepiscopi Ordinationem Episcopalem, sed dumtaxat jurisdictionem Episcopalem; quam aliqui sibi arrogabant, propria auctoritate ordinantes Presbyteros.

Sed contra facit; quod Pontifex in eadem Epist. post allegatum istum canonem, generaliter doceat, Ordinationem factam à Chorepiscopis, fore necessario iterandam; quod tamen falsum est, si aliqui Chorepiscopi fuerint veri Episcopi quoad impressionem characteris.

Et ideo illi respondent; supponit quidem Pontifex; tempore Concilii Antiocheni fuisse aliquos Chorepiscopos à pluribus Episcopis ordinatos, tamen docet, eos non fuisse veros Episcopos, quia sine debito titulo: non quod titulus foret conditio essentialis, sed quia defectus ejus erat signum, quod vel defectu materiae aut formae, vel certe intentionis, non fuisset collata vera Ordinatio Episcopalis: sed vel tantum Sacerdotalis, vel aliqua alia ceremonialis, qualis est benedictio, qua creatur Abbas, aliave similis.

Quippe merito praesumere poterat Damasus, plures illos Episcopos, de quibus loquitur Concilium Antiochenum, noluisse conferre verum Ordinem Episcopalem contra praescriptum Canonum. Unde non dicit Concilium, eos fuisse ordinatos Episcopos, sed, ut Episcopos, id est, in similitudinem Episcoporum, qui solent à pluribus Episcopis ordinari, quamvis id non sufficiat ad veram Ordinationem Episcopalem. Itaque nec auctoritas Damasi convincit intentum Vasquezii.

Sed numquid testimonium Ioannis 3. Pontificis? Hic Epist. unica, quae refertur in 2. Tom. Conciliorum ita scribit: Omnia quoque maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, auctoritate etiam metropolitanani fuerit factus Episcopus. Ideo, illos, quos Chorepiscopos vocatis, quia ab uno (ut audivimus) sunt Episcopo, Episcopos non esse, nec aliquid de Pontificali privilegio agere debere, perspicuum est. Quoniam si nomen non habent, quomodo officium possunt habere? Si ergo Episcopi non sunt, & Presbyteri (quorum vicem gerunt, quia ad exemplum & for-

63. Quod fuerit intentum Damasi Episcopi Arragi.

64. An Ordinatio Chorepiscoporum fuerit irrita.

65. Verisimile est, aliquos Chorepiscopos fuisse Ordinatione veros Episcopos.

66. Objectione

Responsio Aliquorum

67. Tertio offert Vasquez pro le testimonium Ioannis 3. Pont.

Cccc 2

mam septuaginta olim siebant) esse despiciunt , quid erunt ?

68. Explicatur.

Sed hæc verba eandem patiuntur interpretationem ; præsertim cum etiam Pontifex ibi requirat licentiam Metropolitanam eodem modo, quo præsentiam trium Episcoporum , & tamen constat licentiam illam non esse necessariam ad validam consecrationem ; ut omitam , quod non loquatur Ioannes de illis Chorepiscopis , qui fuerant ordinati à pluribus Episcopis.

Porro ad interrogationem istam : Quomodo si nomen non habent , quomodo officium possunt habere ? Responderi posset ; Episcopum degradatum non habere nomen Episcopi , id est , non esse dignum nominari Episcopum , & tamen habere officium , id est , characterem Episcopalem. Vel si per officium intelligas exercitium characteris , vel jurisdictionem Episcopalem , libenter concedimus , tales Chorepiscopos nec habuisse exercitium Ordinis Episcopalis , nec jurisdictionem ; forte nec Ordinem habuerunt , quia non fuerant ordinati adhibitâ debitâ materiâ , formâ , & intentione.

Ultimò (quod bene notandum est) dicitur tom. 2. Conciliorum post præfatam Epistolam eam ab aliquo impostore sub nomine Ioan. Pape tertii post obitum illius suppositam fuisse ; nec tantum dicitur sed etiam ostenditur multis argumentis , quæ ibi videri possunt. Vide etiam Baronium ad annum 572. n. 3.

69. Aliud testimonium pro eadem sententia ex Concilio Regensi.

Aliud adfertur testimonium pro hac sententia , sed æquè debile , ex Concilio Regensi c. 1. in fine : Itaque Ordinationem , quam canones irritam definiunt , nos quoque vacuandam esse censuimus , in qua prætermisâ trium (Episcoporum) præsentia , nec expectatis Comprovincialium literis , Metropolitanus quoque voluntarie neglectâ , prorsus nihil , quod Episcopum faceret , ostensum est.

Iam autem si vera fuisset Ordinatio , aliquid certè ostenderetur , hoc est , appareret adhibitum , quod re ipsâ faceret Episcopum. Nam cum quis ordinatur Sacerdos sine consensu proprii Episcopi , quàmvis suspensus maneat ab officio , & ideo dici possit vacua & irrita eius Ordinatio , juxta modum loquendi Patrum ; tamen nullâ ratione dici posset , nihil ostendi , hoc est , nihil apparere , quod ipsi adhibitum faciat Sacerdotem. Ita Vasquez supra n. 70.

Invenitur.

Respondeo ; non dicit Concilium , nihil ostensum esse , quod re ipsâ faceret Episcopum , sed quod simpliciter faceret Episcopum re , nomine , & exercitio ; & similiter dico , cum quis ordinatur Sacerdos sine consensu proprii Episcopi , estò aliquid appareat , quod ipsi adhibitum faciat re ipsâ Sacerdotem , non tamen quod simpliciter faciat Sacerdotem , id est , Sacerdotem re ipsâ seu Ordinatione , nomine & exercitio.

70. Minus probant hanc sententiam

Minus probat hanc sententiam canon quartus Conc. Nicæni 1. Episcopum convenit , maxime quidem ab omnibus , qui sunt in Provincia Episcopis

ordinari. Si autem hoc difficile fuerit , aut propter instantem necessitatem , aut propter similes locutiones , tribus tamen omnimodis in ipsam conveniatis , & absentibus quoque pari modo decretis , & per scripta consentientibus , tunc Ordinatio celebratur. Hic , inquam , canon ad summam prolepti necessitatem præcepti , ut clarum est.

Similiter canon duodecimus Concilii Carthag. secundi , & refertur dist. 65. c. 5. Pater omnibus , ut inconsulto Primatè consensibus , tam facile nemo presumat , licet cum multis Episcopis in quocumque loco sine eius , ut dictum est , præsentia , Episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit , tres Episcopi , in quocumque loco sine , cum Primatè præcepto , ordinare debeant Episcopum.

Item cap. 16. Concilii Africani sub Celestino & Bonifacio : Aurelius Episcopus dicitur : hanc ma antiqua servabitur , ut non minus quam tres assistant (ad licitam Ordinationem) qui sunt à Metropolitanò directi ad Episcopum ordinandum.

Et denique de eadem obligatione sufficienter intelligitur Concilium Aquigranense sub Ludovico Pio cap. 9. in medio ibi : Primitivè Episcopus non ab uno , sed à cunctis comprovincialibus Episcopis ordinatur , ideo est institutum , ne in eo quicquam contra fidem Ecclesie , immo tyrannica auctoritate celebraretur. Propterea ab omnibus convenientibus constituitur , ac non minus , quam à tribus præsentibus , tamen consentientibus testimonio literatur.

Ceterùm Vasquez supra disp. 243. cap. 6. n. 71. non contentus his testimoniis , præterea insuper suam sententiam ratione , sumptis ex ipso ministerio ; nam si tres Episcopi ex illa solum Ecclesie ad Episcopi Ordinationem adhibeantur , ad hoc tantum esset , ut testaretur tantâ Ordinationis , ne tyrannica auctoritate Episcopi auctoritas aliquid contra fidem Ecclesie tolleretur : sed hoc dici non potest ; ergo &c.

Minor probatur quia sic non debentur præteriam & formam Ordinationis applicare , sed ei tantum assistere ; atqui applicant materiam & formam , proferendo illa verba : Accipe spiritum , cum manuum impositione ; ergo non tantum ut testes , sed etiam ut ordinantes adhibentur ; & aliundè in nullo alio Sacramento semper plures ministri adhibentur ad majorem tantam solemnitatem.

Respondetur 1. ex modo loquendi Ecclesie unum tantum ex istis tribus Episcopis esse Ordinantem seu consecrantem ; nam , ut alibi ostendimus , unus tantum in Pontificali vocatur Consecrator , alii autem duo semper vocantur Assistentes , nunquam Consecrantes ; unde neque hi celebrant tunc , neque ab illis prærequiritur jejunium in vigilia Consecrationis , sicut à Consecratore seu Consecrante ; ergo hi propriè non sunt ministri , sed solum adhibentur ad majorem solemnitatem ; propter excellentiam dignitatis , quæ per illam Consecrationem conferitur.

Quod autem proferant illa verba : Accipe

Spiritum sanctum, cum impositione manuum, parum refert; quia, secundum Multos, non est illa prolatio & impositio integra materia & forma essentialis. Atque ut esset, etiam Sacerdotes recenter ordinati cum Episcopo proferrunt verba Consecrationis, & tamen non sunt ministri necessarii ad valorem illius Consecrationis.

Confirmatur 1. ex ritu Græcorum; apud quos (ut patet ex Euchologio) Metropolitanus seu primus Episcoporum dicitur Ordinans, isque manu dexterâ ordinandi capiti impositâ profert formam sequentem: *Divina gratia, que semper infirma curat, & que desunt adimplet, promonet N. Deo amabilem Presbyterum in Episcopum à Deo servatâ civitatis N. Oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sanctissimi spiritus.* Postea verò essentiali Ordinatione peractâ, idem Ordinans imponit Evangelium super illius caput & collum, adstantibus alijs Episcopis, & Evangelium tenentibus, impositâque ei manu Ordinans dicit certam orationem: quod totum solum ad accidentalem quamdam ceremoniam spectat, id autem quod essentialis est, ab unico adhibetur Consecrante.

Confirmatur secundò ex Concilio Carthag. quarto ubi can. 2. describitur ritus Ordinationis Episcopalis & quidem, juxta Vasquez, essentialis hinc verbis: *Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant & teneant Evangeliorum Codicem super caput & cervicem eius, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.* Ubi solum unus Episcopus pronuntiat formam, seu benedictionem. Cur autem credatur, essentialiter requiri ex parte materiæ concursum plurium ministrorum, potius quàm ex parte formæ?

Ex his omnibus concludo, sententiam Vasquez, etsi probabilitatem habeat, non tamen talem, quæ ullo modo cogat ad sui defensionem. Et ideo est secunda sententia, quæ docet, tres Episcopos ad Consecrationem seu Ordinationem Episcopi, pro solemnitate, ab Ecclesia ex tempore Apostolorum introductâ, necessariò requiri; ad essentialiam tamen Ordinationis non esse necessarios; ac proinde si factò, non jure, ab uno tantum Episcopo, servatâ in reliquis formâ Ecclesiæ, quis ordinaretur, fore verum Episcopum, sicut si presbyter ab Episcopo non servatis alijs jure requisitis, sed tantum formâ & materiâ legitimâ, ordinaretur.

Pro hac sententia adducitur Paludanus in tract. de Potestate Papæ, quem citat & videtur sequi Antoninus 3. part. tit. 14. cap. 16. §. 9. post medium, Sylvester verb. *Consecratio* 1. quod est, *Consecratio Prælatorum* in principio, Armilla eodem tit. n. 2. referentes sententiam illius posteriori loco, quæ etiam Recentioribus nonnullis maximè probatur, teste Vasquez suprâ n. 60.

Probatur; quia Can. 1. Apostolorum dicitur: *Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.* Idem habetur apud Clement. lib. 3. Constit. c. 20. in principio: *lubemus autem ut (Episcopus) à tribus Episcopis ordinetur, & ut minimum à duobus, ita ut ab uno constitui non possit.* Et lib. 8. c. 27. aliàs 33. *Ego Simon Cananæus constituo à quobus Episcopus debeat ordinari Episcopus; scilicet à duobus aut tribus Episcopis.* Ergò tunc saltem duo Episcopi erant validi ministri.

Immo etiam unus, ut colligitur ex eodem cap. ibi: *Si vero aliquis ab uno Episcopo ordinatus fuerit tum is, qui ordinatus est, tum is, qui eum ordinavit deponatur.* Quod si necessitas coegerit ab uno ordinari, quòd propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possint, asseratur decretum commissionis plurium Episcoporum. Si is, qui ordinatus est ab uno absque necessitate, deponendus est, sicut ille, qui ordinavit; ergo verè erat Episcopus per illam Ordinationem, sicut ille, qui ordinavit, alioquin non deberet deponi, sed rejici tanquam invalidè ordinatus.

Prætere in Concilio Arâul. 1. can. 21. statuitur: *Duo si presumpserint ordinare Episcopum in nostris provinciis, placuit de presumpcionibus, ut si cubi congerit duos Episcopos invitum (secundum quid tantum, simpliciter tamen voluntarium) Episcopum facere, auctoribus damnatis, unus eorum Ecclesie ipse, qui vim passus est, substituat, si tamen vita responderet; & alter in alterius diebus loco nihilominus ordinetur.* Si invitum, ordinatus à duobus, substituendus est ergo per illam Ordinationem factus fuerat verus Episcopus. Alioquin ante substitutionem rursus ordinandus foret, de qua tamen iterata Ordinatione ibi nulla fit mentio.

Denique Gregorius magnus ad 8. interrogationem Augustini Episcopi Angliæ: *Pero si longinquitas itineris magna interiacet; ut Episcopi facile non possint convenire, an debeat sine aliorum Episcoporum presentia ordinari?* Respondet (ut refertur tom. 2. Conciliorum) *Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus invenis, ordinare Episcopum non aliter, nisi sine Episcopis potes.*

Dixi, ut refertur tom. 2. Cont. quia in ejus operibus impressis Basileæ a. 1550. opposito modo legitur hæc responsio sub hac forma verborum: *Et quidem etiam in Anglorum Ecclesia, in qua adhuc solus tu Episcopus invenis, ordinare Episcopum non aliter nisi cum Episcopis potes.*

Verum Averla q. 3. sect. 2. §. Quantum verò, in fine testatur, in Codicibus, quos ipse vidit, illo eodem modo legi, quo inter Concilia. Et ita planè, inquit ille, totus contextus demonstrat debere legi, ut in consequentibus patet, & ita hæctenus alii hunc locum legerunt & retulerunt.

Quantum ad contextum, non video, eum planè hanc lectionem demonstrare; sed saltem hoc demonstrat, quòd plures Episcopi solum

77.
Probatio est
Can. 1.
Apost. &
Clem. 8. c.

78.
Item ex
Cont.
Arâul. 1.

& Gregor.
magno,

79.
An rebus
eius
sit mendos
sum.

Arâul.

74.
Confirmatio
ex ritu
Græcorum

75.
Alia confirmatio
ex Conc. Carthag.
4.

76.
Tres Episcopi
solum
requiruntur
pro solemnitate.

Pro hac
sententia
adducitur
Paludanus,
& Antoninus,
Sylvester &
Armilla.

adhibeantur tamquam testes, idque non essentialia; nam verbis præallegatis acturum subiungitur: Nam quando de Gallis Episcopi venient, illi in Ordinationem Episcopi testes tibi assistent. Sed Fratritatem tuam ita volumus in Anglia Episcopos ordinare, ut ipsi sibi Episcopi longo intervallo minime disjungantur, quatenus nulla sit necessitas, ut in Ordinatione alicujus Episcopi convenire non possint. Passum quoque aliquorum presentia, quia valde est utilis, facillimè debeant convenire.

Cum igitur Deo auctore ita fuerint Episcopi, etiam in propinquis sibi locis ordinati, per omnia Episcoporum Ordinatione sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis fieri non debet. Nam in ipsis rebus spiritualibus, ut sapienter & maturè disponantur, exemplum trahere à rebus etiam carnalibus possumus. Certe enim dum conjugia in mundo celebrantur, conjugati quique vocantur, ut qui in via jam conjugii præcesserunt, in subsequenti quoque gaudio miscantur. Cur non ergo in hac spirituali Ordinatione, quæ per sacram mysterium homo Deo conjungitur, tales conveniant, qui vel in profectu ordinati Episcopi gaudeant, vel per ejus studia omnipotenti Domino preces pariter fundant?

Ecce totus contextus, qui, meo iudicio, sicut dixi, saltem hoc demonstrat, quod plures Episcopi non adhibeantur, nisi tamquam testes ad majorem solemnitatem; quippe appellantur explicitè testes, & comparantur conjugatis, qui vocantur ad celebrationem conjugiorum; constat autem illos conjugatos non esse testes essentialia.

Itaque ut illud testimonium Gregorii foret mendosum, quatenus concedit Augustino Anglorum Episcopo, ut solus possit alium Episcopum ordinare, donec adsint plures Episcopi; equidem non est mendosum, quatenus ait, reliquos Episcopos solum esse testes, idque non essentialia, quod sufficit.

Deinde, saltem probabile est, nec in primo puncto textum hunc esse corruptum; ergo saltem probabile est, Pontificem posse committere uni soli Episcopo Ordinationem Episcopalem. Quod confirmatur ex alio simili Indulto Gregorii XIII. apud Præpositum hinc nu. 71. qui concessit Patriarchæ Æthiopiæ, ut per unum consecraretur.

Immo passim (inquit Herincx hinc nu. 62.) concedit sancta Sedes hujusmodi facultates. Vidi ipse Transumptum datatum Anno 1647. die 8. Februarii, quibus Innocentius X. tribuit facultatem D. Jacobo de la Torre Archiepiscopo Ephesino, ut consecraretur à Fabio Chisio Episcopo Niteniensi & Nuntio Apostolico (nunc Pontifice Romano dicto Alexandro VII.) assistentibus, loco duorum Episcoporum, duabus personis in dignitate Ecclesiastica constitutis. Item habeo aliud Transumptum authenticum, quo, ob difficultatem obtinendi tres Episcopos, idem Innocentius X. Anno 1654. die 20. Junii Episcopo Dionysensi, moderno

Suffraganeo Leodiensi, concedit facultatem suscipiendi munus consecrationis à quovis Catholico Antilitate, assistentibus duobus Abbatibus Mitratis. Hæc ille. Non est autem presumendum, Pontificem in re tanti momenti, sicut est valida consecratio Episcopi, potuisse aut posse errare.

Unde non dubito, quin si Castro Palao vidisset Transumpta, quæ vidit Herincx, statim mutasset suam sententiam, quæ talis est: Secundò, inquit, verius existimo, consecrationem Episcopi ita necessariò à tribus Episcopis faciendam esse, ut nequeat Pontifex in hæc parte dispensare, & uni tantum consecrationem committere, uti videntur docere Henricus lib. 1. c. 24. §. 1. Paulus Comitulus in Responsalibus lib. 1. qu. 28. n. 13. Marcus Anthonius Genuensis in præxi Curia Archiepiscopalis Neapol. cap. 70. nu. 26. Barbofa de pœnitentiæ Episc. alleg. 2. n. 45.

Moveor, quia Pontifex nequit dispensare in forma vel materia Sacramentorum: at consecrationis Episcopalis materia non est tantum unus Episcopi manus impositio, sed plura, uti constat ex illo ad Timoth. 4. Per impositionem manuum Presbyteri, junctâ communium Doctorum explicatione. Deinde testimonium Anacleti, Damasi, aliorumque Pontificum, non solum probant tres Episcopos esse ministros ordinarios Episcopalis consecrationis, sed esse omnino necessarios, sicut Sacerdos est necessarius minister consecrationis; abbas si ex commissione unus tantum esse posset, Pontifex decedentes, debere necessariò tres Episcopos adesse, adderent tres Episcopos, ut ordinatio ministerium, sicuti de Sacramento Confirmationis loquuntur. Hæc tenus Castro Palao tradidit, unica puncto 14. n. 13.

Respondeo ad ultimum; nemo Pontifex sic loquitur de Sacramento Confirmationis, præter Eugenium quartum in suo Decreto, etiam autem idem Pontifex, in eodem Decreto, sic loquitur de Sacramento Ordinis, dicens: Ordinaris minister hujus Sacramenti est Episcopus.

Fateor, nec Eugenius, nec alii Pontifices dicunt explicitè, tres Episcopos esse ministros ordinarios Episcopalis consecrationis; equidem implicitè satis videntur dicere hoc ipsum quod dispensant, seu committunt illam consecrationem uni soli Episcopo, aut duobus. Quamquam fortè & consecratio valet, ut patet ex dictis, absque tali commissione; hæc proinde non sit essentialis, sicuti est commissio confirmandi, facta simplici Sacerdoti, sed tantum accidentalis; nihilque aliud sit quam dispensatio in præcepto Ecclesiastico, quo recipiuntur tres Episcopi ad majorem solemnitatem. Alioquin cur Eugenius assignans materiam, formam, & ministerium essentialia Sacramenti Ordinis, non meminisset trium Episcoporum?

80.
Quid probet totus contextus verborum Gregorii magi.

81.
Duo Transumpta quibus Innocentio X. concedit consecrationem Episcopalem uni Episcopo, ex Herincx.

si ipsi sint minister essentialis Ordinis Episcopalis ?

Et verò factum Gregorii, de quo supra, non satis apparet esse inlta commissionis extraordinarie, sed potius per modum declarationis & doctrinæ pro casu necessitatis. Ratio autem disparitatis est; quòd Sacerdos ex vi sui Ordinis non habet potestatem proximam confirmandi, sicut Episcopus ex vi sui Ordinis seu dignitatis habet potestatem proximam consecrandi Episcopum.

84. Resp. ad rationem Castro Palao.

Sed nunquid ex his sequitur, Gregorium alioque Pontifices, qui vel commiserunt, vel committunt consecrationem Episcopi uni vel duobus Episcopis, dispensasse, aut dispensaturos propterea in materia aut forma essentiali Sacramentorum? Minime; quia, ut dictum est, determinatio in individuo materiæ & formæ hujus Sacramenti, est relicta dispositioni Ecclesiæ; ergo Ecclesiæ, nunc statuendo impositionem manuum duorum aut trium Episcoporum, postea verò impositionem manuum unius tantum, non dispensat formaliter in materia essentiali; sed solum facit suo statuto, ut quod nunc est materia essentialis, postea non sit talis.

85. Resp. ad scripturam 1. Timoth. 4.

Deinde non satis probatur, impositionem manuum trium Episcoporum aliquando fuisse materiam essentialem, saltem non ex illo Apostoli loco 1. Timoth. 4. quia hic verissimus est, tametsi duo tantum Episcopi manus imposuissent Timotheo. Et sanè quis tertius fuerit, præter Paulum & Barnabam, Scriptura nusquam commemorat, neque historia Ecclesiastica.

Apostoli soli ordinant alios quando Episcopos.

Putas fortè Bartholomæum, Matthæum, & alios Apostolos, qui soli peragrarunt vastissimas & remotissimas regiones, non ordinasse Episcopum in illis regionibus, sine duobus aliis Episcopis? Et quomodo hoc est credibile, cum ipsi soli essent ibi Episcopi? Vel ergo non consecraverunt Episcopum, quod nemo asserit; vel soli consecraverunt. Quòd autem id fecerint ex speciali dispensatione Christi, aut extraordinaria commissione Petri, tamquam summi Pontificis, unde constat? Ergo jure ordinario. Ergo extraordinaria commissio non est necessaria ad valorem. Ità Argumentatur Arriaga supra n. 30. & 31.

Arriaga.

Igitur propter argumenta Castro Palao non est recedendum ab illa sententia, quæ docet, saltem ex commissione extraordinaria, unum Episcopum posse alium validè & licitè consecrare; quam etiam docet Valquez supra n. 63. & probat n. 71. ex factò Gregorii & Simone Cananeo apud Clement. lib. 8. Constit. cap. 27. alias 33. de quo supra.

Valquez.

86. Occurrit objectioni.

Et quàmvis hic liber contineret plura infirmæ auctoritatis, ut opponit Castro Palao supra n. 14. tamen non omnia, & ideo probandum manet huic Auctori, illam Constitutionem Simonis esse infirmæ auctoritatis. Ego credo illam

esse firmioris auctoritatis, quàm citationem Henriquez, & Pauli Comitoli pro sententia Castro Palao; cum uterque doceat contrarium, ut ostendo ex ipsissimis horum Auctorum verbis.

Ostenditur Henriquez non docere sententiam Castro Palao.

Itaque Henriquez loco supra citato sic scribit: Consecrandus est Episcopus ex præcepto ab Apostolorum tempore; per tres simul Episcopos, nisi ex causa Papa dispense, ut in remota regione, qualis est India & Iaponia. Quid evidentius dicere poterat contra Castro Palao, qui tamen eum pro se citat?

87. Uti nec Paulus Comitoli, Eulodius, D. Thomàs.

Consimiliter Paulus Comitoli loco supra allegato: Dicit, inquit, posset pro Græcis, trium Episcoporum numerum non attingerè vim intimam consecrationis, ut sentit Paludanus in libro de potestate Papæ &c. Sanè D. Thomas apertè scribit in 4. Sent. dist. 24. q. 3. a. 1. ad 3. Episcopum consecrare posse Episcopum; idemque sentit Durandus in eadem dist. q. 6. sed non addit, solum unum Episcopum id posse; quare crediderim sine Romani Pontificis concessu hoc non posse. Hæc ille.

Ergo à contrario sensu, videtur credidisse Comitoli; cum Romani Pontificis concessu hoc posse. Unde subdit: dispensasse autem Gregorium magnum cum Britanis ad fidem conversis; ut Episcopi consecrarentur à paucioribus, quàm à tribus; testis est in eo tractatu Paludanus. Cùm autem illam dispensationem Comitoli non rejiciat; quidni eam videatur amplecti? Quomodo ergo videtur sentire, ità tres Episcopos esse necessarios ad Consecrationem Episcopi, sicuti Sacerdos ad Consecrationem Eucharistiæ?

88. Resp. Castro Palao ad Can. 1. Apost. & ad Clement.

Sed libet audire, quid Castro Palao respondeat ad Can. 1. Apostolorum. Item ad Clement. lib. 3. Constit. cap. 20. Denique ad Concilium Arausicanum I. Ad duo priora testimonia, dicendum (inquit ille) eùm Canon Apostolorum & Clemens expostulant pro consecratione Episcopi duos vel tres; supponunt Metropolitanum cum illis adesse debere, juxta textum in cap. Archiepiscopus, de tempor. Ordinar.

Dicere voluit: Si Archiepiscopus; ubi statuitur, ut Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur; Suffraganeus verò à tribus, Metropolitanus jubente. Si Archiepiscopus (scribit Lucius III.) obierit, & alter fuerit ordinandus, omnes Episcopi eiusdem provincia, ad Sedem Metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordinetur. Reliqui verò comprovinciales Episcopi (si necesse fuerit) ceteris consentientibus à tribus, in suu Archiepiscopi, poterunt ordinari: sed melius est si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter Pontificem consecraverint.

89. Rejicitur.

Sed quid hæc ad propositum nostrum? Nunquid ex illo jure bene infertur; Ergo Canon Apostolorum & Clemens, præter duos vel tres, supponunt Metropolitanum adesse?

Certè

Certè hic textus non dicit esse necessariam præsentiam Metropolitanam ad consecrationem Episcopi, nisi ad melius esse, ibi: *Sed melius est &c.* quia, ut notat Gloss. verb. *Melius est: Licet possit aliquid fieri per alium, & perinde habeatur, ac si per se. . . melius tamen res expeditur per se, quam per alium.* Ergo Canon Apostolorum, & Clemens, præter duos vel tres supponunt necessariam præsentiam Metropolitanam, & tam necessariam, sicuti præsentia Sacerdotis est necessaria ad consecrationem Eucharistiæ. Qualis Consequentiâ?

Deinde, in nullo omnino Canone Apostolorum fit mentio Metropolitanam, ut proinde videri posset, tunc temporis nondum illam dignitatem ab Ecclesia fuisse institutam. Igitur hæc responsio est mera conjectura seu merum figmentum ad infirmanda illa testimonia, alioquin insolubilia.

90. Et vide quid excogitaverit hic Auctor, & alii ante ipsum, ad satisfaciendum Concilio Arausicano? Nego, inquit, illum, qui à duobus Episcopis fuit per vim ordinatus, denuò ordinandum non esse: neque obstat uti Concilium nomine substitutionis, id enim factum est, quia simul cum Ordinatione jurisdictio ei erat concedenda. Hæc ille.

Refutatur. Ego autem dico; ideo uti nomine substitutionis, quia sola jurisdictio erat ei concedenda, jurisdictio, inquam, unius eorum Ecclesiæ, qui ipsum invitum ordinarant. Addit Concilium, *Et alter in alterius deiectione loco nihilominus ordinatur.* Id est, quàmvis invitum validè fuerit ordinatus, & jam substitutus sit unius eorum Ecclesiæ; nihilominus in alterius deiectione loco alius de novo ordinatur.

Nota etiam, quod sequitur: *Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quòd cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta serpentur.* Quid erat opus voluntarium cum aliis damnare, id est, deponere seu dejicere, si non erat validè ordinatus?

91. Dices; ideo unus dicitur substituendus, & alter ordinandus; quia unus saltem in externa specie erat ordinatus, & propterea etiam dicitur damnandus; alter autem nunquam specie tenus erat ordinatus.

Solvitur. Respondeo; verba Conciliorum propriè sunt intelligenda, nisi aliquid obstat; ergo hæc explicatio eadem facilitate negatur, quàm asseritur; immo majori facilitate, quia nihil obstat, ut patet ex dictis, quòd minus hæc verba omnino propriè possint intelligi.

92. Itaque ut finem imponamus huic controversiæ, bene dicit Conclusio, quod sub iudice lis sit, id est, non satis constat, tres Episcopos esse ministros essentielles seu necessarios necessitate Sacramenti, ita ut, vel uno deficiente, Consecratio Episcopalis non tantum sit illicita, sed etiam invalida. Immo mihi magis placet, non esse ministros essentielles, in tantum ut, si unus

solus consecraret, etiam absque speciali commissione Pontificis, quàmvis graviter peccaret, equidem valeret consecratio.

Sic quippe magis consultatur tum securitati Ordinationis, tum ejus stabilitati; securitati quidem quia alioquin defectus in unoquoque ex tribus, illam irritam redderet, qui defectus in uno scilicet contingere potest, quàm in tribus simul; stabilitati autem, quia sic nunquam fuerit valet minister essentialis, cum alioquin magna fuisset facta variatio, ut patet ex testimoniis sum allegatis, in quibus nunc unus, nunc duo, postea tres, immo omnes constituntur ministri. Præter planè expedit, ut quantum possibile est, essent Sacramentorum, quæ sunt columnæ Ecclesiæ, stabiles semper & eadem permanent.

Et hæc quidem speculative dicta sunt. Ad praxim enim quòd attinet, omnino curandum est, ut Ordinatio fiat à tribus Episcopis, præter formam in Pontificali præscriptam: adeo ut quis fuisset ab uno solo, vel etiam à duobus, sine speciali commissione Sedis Apostolicæ, consecratus, deberet iterum sub conditione tribus simul consecrari pro majori securitate, ob aliquale dubium de valore prioris consecrationis, ut notat Averla supra §. *In hoc re. Herinex* supra n. 67. & alii.

Idemque consequenter dicitur fore, (loquitur Herinex) de Presbyteris ab hujusmodi Episcopo, dubiè consecrato, ordinatis. Nullatenus tamen existimo scrupulum movendum in casu, quo ordinatus quis fuit in Episcopum ab uno solo ex commissione aut dispensatione Papæ: cum de hujus Ordinationis valore non sit dubitandum. Hæc ille.

Sed nunquid etiam non dubitandum de valore Ordinis Sacerdotalis, quem simplex Sacerdos daret ex simili commissione aut dispensatione Papæ? Solutio patet ex Conclusione sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO IV.

Extraordinarius minister promissoribus Ordinibus, fortè etiam pro majoribus Subdiaconatu, & Diaconatu, ex commissione Papæ potest esse simplex Sacerdos. Quòd potest conferre Sacerdotium ex nullo antiquitatis vestigio constat.

Hujus Sacramenti duplicem esse ministerium Ordinarium & extraordinarium diximus in Conclus. I. & ex Florentino in Decreto Eugenii probavimus. Atque ex ibi dictis facile colligi potest, quis censetur minister extraordinarius, de quo tractat hæc Conclusio; scilicet, qui

90. Resp. Castro Falso ad Concilium Arausican.

Refutatur.

91. Objectio

Solvitur.

92. Non satis constat, tres Episcopos esse ministros essentielles.

qui potest conferre Ordinem; non præcisè vi officii sui seu status; sed dumtaxat ex speciali dispensatione seu commissione Sedis Apostolicæ, ità ut eà deficiente, etiam deficiat valor Ordinationis.

Cùm autem sint multiplices Ordines seu Ordinationes, quæstio est, an omnium detur extraordinarius minister. Nam alicui possit videri, ad veritatem Decreti Eugeniani abundanter sufficere, si detur vel unius tantùm Ordinis, qui sit verum Sacramentum. Quod addo; quia loquitur Eugenius de Sacramento Ordinis.

Hinc si minores Ordines non sint vera Sacramenta à Christo instituta, ut Aliqui docent, neque Subdiaconatus, sed tantùm quædam Sacramentalia, ab Ecclesia instituta, necessarium erit, ut saltem Diaconatus aliquando fuerit collatus, aut aliquando possit conferri à ministro non Episcopo.

Et sanè si minores Ordines non sint vera Sacramenta, neque Subdiaconatus, nemo dubitat, quin possint conferri, Ecclesià sic volente, à simplici Sacerdote, immo à non Sacerdote; quia per quas causas res aliqua nascitur, per eandem etiam dissolvitur; ergo Ecclesià, quæ de facto statuit illos Ordines non conferri, nisi per Episcopum, poterit procedente tempore statuere, ut etiam ab aliis possint conferri. Sicut namque possit mutare materiam & formam illorum Sacramentalium, ità etiam eorum ministrum.

Præscindendo itaque ab illa controversiâ, de qua supra egimus, & supponendo, quòd tam Subdiaconatus, quàm etiam minores Ordines, sint vera Sacramenta, à Christo instituta; equidem certum nobis apparet, minores Ordines posse conferri à ministris non Episcopis: Et de facto tales ministri sunt, saltem ex consuetudine, Abbates Sacerdotes, ab Episcopo benedicti respectu suorum Religiosorum.

Est sententia communis, quam docet Scotus 4. dist. 24. q. unica n. 8. ibi: *Et si circa particulas huiusmodi descriptionis (Sacramenti Ordinis) queras, quis est minister idoneus? Respondeo, quòd Episcopus, & solus in sacris Ordinibus, in aliis autem non sacris aliquando ex commissione aliqui privilegiati, ut Abbates.*

Quæ utique commissio colligitur ex cap. Cùm contingat. 11. de Etate & qual. & ord. præf. ibi: *Super quo tibi scribitur respondemus, quòd cum in sancta Synodo sit statutum, ut Lectores per manus impositionem licentia sit unicuique Abbati in proprio Monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsi ab Episcopo (secundum morem præficiendorum Abbatum) manus impositio facta noscatur, & consuetudinem existeret Sacerdotem: per primam tonsuram, iuxta formam Ecclesiæ datam, à talibus Clericis Ord. conferatur.*

Sed cùm Clericalis Ordo non sit verum Sacramentum, ut constat ex alibi dictis, hoc jus

parum probat; immo nihil, nisi in quantum meminit Statuti 7. Synodi, quod hic subscribo ex Binio tom. 3. Conciliorum: *Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio monasterio etiam solum unicuique monasterii Præsfecto facere, si ipsi Præsfecto scilicet ab Episcopo manus est imposita, qui fuit & ipse Presbyter.* Ità prælatum Concil. can. 14.

Et refertur dist. 69. cap. 1. hisce verbis: *Lectoris autem manus impositione licentia est Abbati solummodo in proprio monasterio faciendi: si dumtaxat eidem Abbati manus impositio facta noscatur ab Episcopo (secundum morem præficiendorum Abbatum) dum consistet illum esse Presbyterum.*

Ubi Glossa verb. Lectoris, inquit: *Vel etiam Ostiarii (quia Ostiarius est Ordo inferior) non autem Exorciste vel Acolyti (quia Exorcistatus & Acolythatus sunt Ordines superiores) faciendi ius habet: licet sit arg. contra de Ord. ab Episcopo, qui renun. Episc. c. 1. sed & si Abbas ex privilegio habeat, ut omnes minores conferat, bene potest. Sed nunquid hodie Abbas potest conferre istos Ordines? Credo, quòd sic, si tamen manus ei est imposita extra de Etate. & quali. Ord. Cùm contingat.*

Præterea, Glossa in dicti cap. Cùm contingat, verb. Abbati ait: *Hoc idem potest (scilicet Lectores Ordinare) electus in Abbatem & confirmatus, si Episcopus eum differat (sive rationabili causâ) benedicere; ut supra de Supp. neglig. Prælat. Statuimus, sequentis tenoris: Statuimus præterea (inquit Alex. 3.) ut si Episcopus certis cum humilitate ac devotione (sicut convenit) substitutos Abbates vestros benedicere forte renuerit, eisdem Abbatibus liceat proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium huiusmodi pertinent exercere, donec ipsi Episcopi suam duritiam recogitent, & Abbates benedicere non recusent.* Ubi Glossa verb. Alia: *scilicet ut conferant Lectoratam in proprio Monasterio.*

Et eadem est ratio, ut patet, aliorum Ordinum; si verum est, quòd iura jam allegata loquantur, sicuti communiter intelliguntur ab Auctoribus, de vero Ordine Lectoratûs: de quo ego aliquantulum dubito; quia iste Lectoratus dicitur conferri per manus impositionem, & sicuti notat hæc Glossa, illa impositio manuum non est nisi quædam benedictio, eod. verb. ibi: *Cum & illa impositio manus non sit nisi quædam benedictio, ut 1. q. 1. Manus.* Jam autem certum est, hodie Lectoratam, verum Ordinem, non conferri per manuum impositionem (nisi improprie loquendo) sed per traditionem libri cum proportionata forma verborum, quæ traditio videtur aliquid amplius esse, quàm simplex benedictio.

Hinc subijcio aliud jus commune extra de Ord. ab Episcopo, qui renun. Episc. cap. 1. (quod est Alexan. III.) ibi: *In secundo vero casu (putà quando Episcopus renuntiavit etiam dignitati, & non tantùm loco) distinguendum*

Dddd puta-

7. Synodi. quod concedit Abbas. dicitur benedictis conferre Lectoratam.

97. Idem potest. sunt non benedicti. si benedicti sine causa differatur.

98. Eadem est ratio aliorum Ordinum;

ut ostenditur ex c. 1. de Ord. &c.

95. Abbates possunt conferre minores Ordines sicuti Religiosis.

Scotus.

Probat. solet primò ex c. 11. de Etate & c.

96. Statutum

putamus utrum sacros contulerit, an minores. Si enim à tali Ordine usque ad Subdiaconatum aliquis accepit: quia & huiusmodi Ordines à non Episcopis quandoque conferuntur, & in illis deservire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoveri. Ubi Gloss. verb. *A non Episcopis: Id est, inquit, Abbatibus, 69. dist. Quomam videmus.*

99.
Abbatibus
posse con-
ferre mino-
res Ordines
supponit
Concilium
Trident.

Atque hanc potestatem concessam Abbatibus, clarissimè supponit Concilium Tridentinum sess. 23. c. 10. de Refor. in principio, dicens: Abbatibus ac aliis quibuscumque. quantumvis exemptis, non liceat imposterum, int. à fines alicuius Diocesis consistentibus, etiamsi nullius Diocesis vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, Tonsuram vel minores Ordines conferre. Nec ipsi Abbates & alii exempti, aut Collegia vel Capitula quacumque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, licet dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur concedant: sed horum omnium ordinatio, servatis omnibus, quæ in huius sanctæ Synodi Decretis continentur, ad Episcopos, int. à quorum Diocesis fines existant, pertineat: non obstantibus quibusvis privilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Huculque Concilium.

Restringit
eorum po-
testatem ad
subditos
Regulares.

Ubi restringit potestatem Abbatum, conferendi minores Ordines, ad subditos Regulares; quæ restrictio quomodo intelligenda sit, non est huius loci disputatio, ubi solum queritur; an possint minores Ordines conferri ab alio, quàm à vero Episcopo. Dum autem restringitur potestas, necessariò supponitur, illam aliquando fuisse, & de facto adhuc esse.

100.
Privilegium
Greg. non
quo id con-
ceditur.

Cæterum quia privilegia inserta juri communi, non adeò clara sunt, subjiciam duo aut tria, quæ inveniuntur in Bullis Pontificiis extra jus commune. Primum erit Gregorii noni pro Congregatione sancti Benedicti Vallisolei, Bulla: *Apostolica Sedis benignitas*. 14. apud Rodriguez, ibi: *Auctoritate tibi presentium indulgemus, ut liceat tibi, & tuis successoribus eiusdem monasterii indumentis Sacerdotalia benedicere, ac Monachos & Clericos seculares, monasterio ipso pleno iure subiectos usque ad Acolythatus Ordinem promovere &c. Datum Interamnia 3. Calend. Iunii, Pontif. nostri anno 10.*

Aliud Iulii
secundi.

Secundum pro eadem Congregatione concessit Iulius 2. Abbati monasterii sancti Emiliani, Bulla 25. apud Rodrig. hisce verbis: *Nec non quoscumque Monachos eiusdem monasterii primà clericali tonsurâ insignite, ac eos ad quatuor minores Ordines dumtaxat promovere. . . liberè & licitè possit & valeat.*

101.
Tertium
Innoc. 8.

Tertium est Innocentii octavi pro Ordine Cisterciensi, Bulla: *Exposcit tua devotionis* 5. apud Rodrig. ibi: *Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, ex privilegiis & indulgiis Apostolicis tibi (Ioanni Abbati Monasterii Cistercii Cabilonenfis Diocesis) & aliorum quatuor Monasteriorum prædictorum Abbatibus pro tempore existentibus, ut omnes Ordines minores per-*

sonis Ordinis eiusdem intrâ Monasteria prædicta conferre &c. valerent &c. concessum fuerit. . . . No qui Ordinem ipsum præ cæteris in vicibus gerimus charitatis & illum intendimus non minoribus gratiis & privilegiis, quàm prædecessores nostri fecerunt, decorare, tuis in hac parte supplicationibus inclinat, tibi & successoribus tuis ac dictis Abbatibus alicuius quatuor Monasteriorum prædictorum, nunc & pro tempore existentibus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus prædicta & quacumque alia vestigantia &c.

Ac ne Monachi dicti Ordinis pro suscipiendis subdiaconatus & Diaconatus Ordinibus, extra diocesanum hinc inde discurrere cogantur, tibi & successoribus tuis, & quibuscumque à dicti Ordinis Monachis, aut quatuor Abbatibus præfatis ac eorum successoribus, quatuor Monasteriorum prædictorum Religiosis, quæ ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus & Diaconatus Ordines huiusmodi aliis: ritè conferre. . . . licitè possitis & possint auctoritate Apostolica & certa scientia tenore presentium de specialis auctoritate indulgemus, Datum Roma apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice 1489. 5. Idus Aprilis Pontif. nostri anno 5.

Ecce amplissimum privilegium, non solum conferendi minores Ordines, sed etiam Subdiaconatum & Diaconatum. Quod si videtur Scotus, non dixisset, Pontificem illum etiam in re tanti momenti; sed certissimè affirmasset etiam in sacris Ordinibus aliquando ex commissione non Episcopum posse esse ministrum jam autem hoc negavit, quia tale privilegium non vidit.

Nunquid etiam Adrianus mutasset sententiam? Hic Auctor (qui postmodum summus Pontifex, sextus illius nominis) in 4. de Sacramento Confirmationis art. 3. & 4. dicitur principaliter. *vers. Nonum*, sic ait: *Cum dicitur, Presbyteri Cardinales constituant minores Ordines, dicendum est, quod æquè dubium est de illis, & de Confirmatione, non enim claret, quomodo possent à non Episcopo conferri, si solus Episcopus ex iustificatione Christi sit horum Sacramentorum minister: verò solâ Ordinatione Ecclesie referretur Episcopis, tunc quilibet Sacerdos potest conferre, & minores Ordines conferre, licet peccet contra Ecclesie Statutum ea conferendo.*

Et quàmvis ibi non loquatur ex proprio sententia, sed solum referat media Durandi, quibus probat, Sacramentum Confirmationis non posse conferri à simplici Sacerdote ex commissione Papæ: quia tamen principali sententia subscribit dicens: *Probabilior mihi videtur opinio, quòd solus Episcopus est conveniens & idoneus minister huius Sacramenti: ita quòd simplex Sacerdos, etiam ex commissione Papæ tentando confirmare, nihil facit; etiam videtur subscribere mediis Durandi, nisi expressè neget. Porro non negat ea, sed potius affirmat, dicens: Fictio videtur, quod possit simplicis Sacerdoti committere potestatem confir-*

mandi, & non conferendi Ordines, saltem majores, ut ibi ipsi dicunt.

Nec suffragatur, si recurrant ad hoc, quod Papa non habet majorem potestatem supra corpus Christi verum, quam simplex Sacerdos, & ideo non possit ipsi conferre Ordines majores, qui respiciunt corpus Domini verum: quia similiter Papa non habet potestatem roborandi animum spiritualiter plusquam Episcopus, & tamen, secundum eos, potest hoc committere simplici Sacerdoti, & non Episcopo. Hec ille. Ubi satis clarè significat, idem se sentire de majoribus Ordinibus, quod sentit de Sacramento Confirmationis. Et consequenter idem de minoribus, si sint vera Sacramenta.

Sed quia hoc negabat Durandus, existimans, solum esse aliqua Sacramentalia, ab Ecclesia instituta, ideo concessit posse Ecclesiam eorum collationem committere simplici Sacerdoti. Sic enim ait 4. dist. 7. q. 4. ad secundum: Videtur autem quod proprius minister Confirmationis sit Episcopus, præcipue per illud, quod dicitur de Consec. dist. 5. cap. Manus. Minister autem minorum Ordinum videtur esse simplex Sacerdos, ut patet per illud, quod dicitur extra de Ordinato ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu cap. 1. quamvis non appareat manifesta ratio, quare altiore ministerium requirit Confirmatio, quam minores Ordines, nisi quod minores sint quedam Sacramentalia, per Ecclesiam instituta, & ideo circa ea potest Ecclesia variare quoad ministerium & quedam alia prout placet. Ita Durandus.

An idem, vel diversum doceat Adrianus, mihi non est compertum; quia de Sacramento Ordinis suo loco non scripsit, saltem in libro, quo ego utor. Interim Vasquez disp. 243. c. 3. n. 28. ait: Existimat (Adrianus) ex divina institutione solum Episcopum esse ministrum hujus Sacramenti, & minores Ordines Sacramentalia esse. Quod si verum est, consequenter debet negare, minores Ordines, etiam ex commissione Papæ posse conferri à non Episcopo.

Quid ergo respondisset Adrianus, si vidisset illas commissiones Pontificum, non solum administrandi minores Ordines, sed etiam majores? Audi quid dicat loco supra allegato: Ad secundum, inquit, principale, de facto Gregorii: dico primo, quod si per Ecclesiam Romanam intelligatur caput ejus, putà Pontifex: certum est, quod possit errare, etiam in iis, quæ tangunt Fidem, hæresim per suam determinationem aut decretalem asserendo. Plures enim fuerunt Pontifices Romani hæretici.

Item & novissime fertur de Ioanne 22. quod publicè docuit, declaravit, & ab omnibus teneri mandavit; quod animæ purgatæ ante finale iudicium non habent stolam, quæ est clara & facialis visio Dei; & Universtatem Parisiensem ad hoc induxisse dicitur, quod nemo in ea poterat gradum in Theologia adipisci,

nisi primitus hunc errorem pestiferum jurasset se defensurum, & perpetuè ei adhæsurum.

Item patet hoc de errore quorundam Pontificum circa Matrimonium; de quo in cap. Licet de Spons. duor. Item de errore, quem ediderat Cælestinus circa matrimonium fidelium; quorum alter labitur in hæresim: cuius error olim habebatur in antiqua compilatione in cap. Laudabilem, de Convers. conjug. ut refert hofstiensis in cap. Quanto; de Divortiis. Non tamen dico, Gregorium hic errasse, sed evacuarè intendo impossibilitatem errandi; quam alii asserunt. Hæcenus Adriani.

Sed ego summo perè miro, tantum virum nimis levem fuisse in credendo iis, quæ ferebantur de Ioanne 22. nam falsissimum esse, quod hic ei asingitur; demonstrat evidentibus testimoniis Waddingus in Annal. Minor. ad Annum Christi 1333. n. 10. & seq. De aliis erroribus Pontificum, quos commemorat, suo loco tractabimus.

Quod ad propositum nostrum attinet, hic Auctor, ut etiam Durandus (qui supra ad 1. ait: Nescio cur non possit dici, quod Gregorius cum fuerit homo, & non Deus, potuerit errare) hi inquam Auctores facile responderent ad privilegia citata, illos Pontifices tamquam homines potuisse errare; immo cum Adrianus & Durandus agnoscant saltem Diacōnatum pro vero Sacramento Ordinis; vel dicendum eis fuisset, privilegium non esse authenticum, vel fatendum Sacramentum Ordinis à Christo institutum, cuius proprius & ordinarius minister est Episcopus; posse ex dispensatione Pontificis validè & licitè conferri à non Episcopo, quod est nostra Conclusio; aut certè Innocentium errasse, concedendo illis Abbatibus potestatem, quam non poterat concedere; obstante iure divino, quo illa potestas competit solis Episcopis; cæteris omnibus exclusis, in quibuscumque circumstantiis, sicuti solis Sacerdotibus iure divino competit consecrari corpus & sanguinem Domini.

Innocentium autem tam turpiter errasse, uti & alios Pontifices, supposito quod minores Ordines sint vera Sacramenta, nolumus foris dicere, nec intus sentire, quia videtur injuriosum Sedi Apostolicæ; præsertim post Concilium Florentinum, quod, ut supra vidimus, non desinit, nisi ministrum ordinariam hujus Sacramenti esse Episcopum. Et aliunde hæc res dependet à sola voluntate divina seu institutione Christi, quam meliùs scire possunt & debent Pontifices Romani, qui sunt vicarii Christi, quam reliqui Christiani, etiam Doctores Ecclesiæ, qui sunt oves Christi, de quibus dixit Petro, & ejus successoribus, qui sunt Romani Pontifices: *Pasce oves meas*, Ioan. 21. v. 17. *Ioan. 214* sana utique & vera doctrina; maxime in ministerio Sacramentorum, non erroribus & falsis; ut sic dicam, Sacramentis.

Dddd 2

Sed

103. Sententia Durandi.

105. Forè dixisset illos Pontifices tamquam homines potuisse errare.

104. Quid Adrianus responderet, si vidisset præfata privilegia?

106.
An factis
conferat de
privilegio
Innocen-
tii? Et ar-
guitur pro
parte nega-
tiva.

Sed dicit aliquis; non satis constat de privilegio Innocentii, nam apud Rodrig. dicitur concessum anno 5. Pontificatus, ut supra vidimus; apud Vasquez verò supra n. 40. (qui se illud vidisse, & asservari testatur in Bibliotheca Collegii sui Complutensis) dicitur datum anno 4. Pontificatus.

Deinde, quàmvis non desint Theologi, qui dicant, se accepisse à viris fide dignis, hoc idem privilegium sub eodem Pontifice Prælati Franciscanis in India concessum fuisse; quidem nullum simile allegatur, ab alio Pontifice concessum; mirum autem foret, quòd nullus præter Innocentium hæc potestate fuisset usus; cùm tamen alii reperiantur, qui concesserint privilegium conferendi minores Ordines in Indiis.

107.
Privilegium
Leonis X.
conferendi
minores
Ordines.

Sufficiat Bulla Leonis decimi: *Dilecti filii*, 3. apud Rodrig. in qua hic Pontifex diversa privilegia, aliàs concessa pro Indiarum incolis à Nicolao IV. Ioanne XXII. Urb. V. Eugenio IV. & aliis Romanis Pontificibus, rursus motu proprio & certâ scientiâ ac potestatis plenitudine concedit. Porrò unum ex illis privilegiis exprimitur hæc verbis: *Nec non aggregatos eosdem (ubi Episcopi non habentur) clericali insignire characterè, & ipsos ad minores Ordines promoverè licere.*

Si illi Pontifices sensissent, se habere potestatem committendi etiam Subdiaconatum, & Diaconatum, cur id quoque non fecissent? Nam hi Ordines tam necessarij sunt, immo magis necessarii, ut sic dicam, quàm minores Ordines.

Vitoria.

Scio, quòd Vitoria in sum. q. 235. dicat, se vidisse Bullam Papæ, quibusdam Abbatibus Ordinis Cisterciensis concedentis, quòd possent conferre Subdiaconatum. Item, quòd Navarrus lib. 5. Consil. Consil. 14. in principio scribat, à multis Maximis Pontificibus illud privilegium fuisse concessum, & nu. 1. Prædicti Monasterii Abbates usos fuisse semper prædicto privilegio. Sed quis fuerit ille Papa, vel qui fuerint illi Maximi Pontifices, omnino siletur; neque specificatur Monasterium, sed in generali solum dicitur: *Abbas cuiusdam Monasterii Germaniæ Ordinis Cisterciensis*; ex quibus & illud privilegium aliquo modo redditur suspectum.

108.
Quid possit
respondere
ad illud pri-
vilegium.

Itaque dici posset, Pontifices, qui concesserunt privilegium conferendi minores Ordines, id fecisse juxta probabilem sententiam, quæ docet, non esse Sacramenta; & idem responderi posset de Subdiaconatu; adeoque Pontifices illos non errasse, saltem formaliter, tamen si Sacramentum Ordinis non posset conferri, etiam extraordinariè, nisi ab Episcopo.

Omitto quod legitur apud Rodrig. tom. 1. qq. Reg. q. 18. a. 3. Doctissimus quidam vir privilegium supra positum Innocentii VIII. nixus fuit explicare dicens, quòd ipsis Abbatibus tantùm in eo conceditur facultas, ut in suis Monasteriis possit quilibet Antistes Ca-

tholicus suos subditos sacris Ordinibus insignire. Sed hæc explicatio, ut bene hic notat præfatus Auctor, aliena est à litera dicti privilegii.

Ceterùm cùm privilegium Innocentii VIII. constanter ab omnibus Auctoribus allegatur, & Rodrig. supra dicat: Patres supradicti id est, Abbates, quibus concessum referunt prædictum privilegium) eo usi sunt, pro ut accepit à Patribus dicti Ordinis, ad minus fide esse dubiam; ità ut meritò quis possit dicere, hæc Pontifex concessit istud privilegium, adeoque vel erravit, saltem materialiter, vel Ecclesia habet potestatem, constituendi non Episcoporum extraordinarium ministrum Subdiaconatum & Diaconatus; habet, inquam, potestatem à Christo, qui, sicut voluit, ità instituit ministrum hujus, & aliorum Sacramentorum.

Reliquas difficultates, quæ concernunt hoc propositum, longè & latè discussimus in prima parte hujus operis Disp. 3. Sect. 2. Concl. 4. & seq. ubi de ministro extraordinario Sacramenti Confirmationis.

Venio ad ultimam partem Conclusionis, quæ improbari non potest ex aliquo privilegio concessio Abbatibus, aut aliis Prælati Regionum, sive pro his partibus, sive pro Indiis, & aliis Regionibus infidelium; quia nullum tale hæcenus ab aliquo, vel dubiè fuit allegatum, quòd mihi maximum signum est, Ecclesiam non habere potestatem constituendi extraordinarium ministrum Sacerdotij; aliocquin in partibus infidelium, ubi major esset necessitas Sacerdotis, quàm Ostriæ, Lethæ &c. talem ministrum nunquam instituisset.

Tota ergo difficultas hæc oritur ex potestate Chorepiscoporum, quæ videtur aliquando extendisse, non solum ad collationem Subdiaconatus & Diaconatus, sed etiam Sacerdotij, cùm tamen Chorepiscopi non essent ordinati ne Episcopi, sed tantùm simplices Sacerdotes, ut satis videtur probari ex Epistola quarta à quinta Damasi Pontificis, de qua supra fecimus mentionem.

Quòd autem Chorepiscopi poterint ordinare non tantùm Subdiaconos, & Diaconos, sed etiam Sacerdotes, videtur colligi ex Concilio Ancyrano can. 12. aliàs 13. juxta tertiam translationem, quæ talis est: *Chorepiscopi non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare, sed in urbibus Presbyteros, nisi cum literis ab Episcopo promissum fuerit in aliena parochia.* Ergò videtur, quòd cum literis Episcopi licitum eis fuerit, urbium Presbyteros ordinare.

Verùm duæ priores alium planè sensum expriment. Prima (quæ est Dionysii Exiguus) quæquamque, ut fideiorem & antiquiorem sequitur Baronius an. 314. n. 51. sic sonat: *Chorepiscopi non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteros civitatis (id est, Parochias) sine præcepto Episcopi vel literis in unaquaque Parochia*

chia aliquid imperare, nec sine auctoritate literarum eius, in unaquaque Parochia aliquid agere.

Secunda translatio ferè eisdem utitur verbis: Vicarius Episcoporum, quos Græci Chorepiscopos vocant, non licere vel Diaconos ordinare: sed nec Presbyteris civitatis, sine Episcopi præcepto, amplius aliquid imperare, vel sine auctoritate literarum eius, in unaquaque parochia aliquid agere.

Ex quibus verbis patet (inquit Valquez supra n. 41.) in eo canone vetitum non fuisse Chorepiscopis, sine licentia Episcopi ordinare Presbyteros civitatis, sed ipsi Presbyteris civitatis, ne in quacumque parochia (id est, in aliena parochia, ut ipse explicat) sine literis Episcopi quidquam fieri juberent. Hæc ille. Quem sequitur Averla q. 3. sect. 3. §. In Concilio. Ego autem existimo, salvo meliori, ibi nihil fuisse prohibitum Presbyteris civitatis; sed Chorepiscopis fuisse prohibitum, tum ne ordinarerent Presbyteros, aut Diaconos, tum ne Presbyteris civitatis, id est, Parochis civitatis, in suis Parochiis, sine literis Episcopi, aliquid imperarent, aut aliquid in eorum parochiis agerent; cum Parochi civitatis non ipsis, qui solum erant Vicarii rurales, sed immediate Episcopo forent subiecti.

Ceterum si hoc modo, si illo modo verba ista intelligas, patet, quod ex illo canone non rectè probetur, simplices Sacerdotes aliquando ex commissione Pontificis ordinasse alios Sacerdotes.

Et ideo Valquez supra recurrit ad Concilium Antiochenum, in quo cap. 10. statuitur: Qui in villis & vicis constituti sunt Chorepiscopi, tametsi manus impositionem ab Episcopis susceperunt, & ut Episcopi sunt consecrati, tamen placuit sanctæ Synodo, scire eos oportere modum propriam retinere & gubernare adiacentes Ecclesias sibi commissas, & esse contentos propria sollicitudine & gubernatione, quam susceperunt. Constituire autem his permittitur Lectores & Subdiaconos atque Exorcistas, quibus sufficiat istorum tantum graduum licentiam accepisse. Non autem Presbyterum aut Diaconum audeant ordinare, præter conscientiam Episcopi civitatis vel Ecclesie, cui adiacens invenitur seu ipse, seu Regio, in qua præesse dignoscitur.

Ex quo, inquit Valquez, à contrario sensu colligitur, Episcopo sciente & consentiente seu non contradicente, posse à Chorepiscopis non modò Diaconos, verum etiam Presbyteros ordinari. Nam si Chorepiscopi nullo modo Diaconos & Presbyteros ordinare possent, sicut simpliciter concessit illis Concilium, ut Subdiaconos ordinarerent, simpliciter illis negasset Ordinationem Diaconorum & Presbyterorum, & non solum sine conscientia Episcopi. Cum igitur talem Ordinationem illis cum eo dumtaxat additamento prohibeat, signum est, sciente & consentiente Episcopo Diaconos & Presbyteros ab eis ordinari potuisse. Hæc ille.

Responderet forte aliquis ex Binio Tom. I. Conc. in Notis ad præfatum Concilium, verb. Regula. Canones 25. hujus Concilii, ad probandum aliquid allegati, propterea quod ab Eusebianis instituti essent, ab Antiquioribus rejecti fuerunt.

Respondetur secundo; aliæ duæ versiones sic legunt: Prima: Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quævis manus impositionem Episcoporum perceperunt, & ut Episcopi consecrati sint: tamen sanctæ Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, ut gubernent sibi subditas Ecclesias, earumque curam moderamine curæ, contenti sint. Ordinant etiam Lectores & Subdiaconos: atque Exorcistas quibus promotiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum verò nec Diaconum audeant ordinare, præter civitatis Episcopum (id est, absque interventus Episcopi) cui ipse cum possessione subditus est.

Secunda: Li qui sunt in vicis vel pagis, vel quæ dicuntur Chorepiscopi, etiam si Episcopi Ordinationem manuumve impositionem acceperint, visum est, ut suum modum sciunt, & sibi subditas Ecclesias administrant, earumque curam & sollicitudine gerendam contenti sint: constituant autem Lectores, Hypodiatros & Exorcistas, & eorum promotionem sufficere existiment. Nec Presbyterum, nec Diaconum ordinare audeant, absque arbitrio Episcopi (id est, absque interventus urbis Episcopi) cui subditus ipse & Regio. Quia scilicet hæc ordinatio erat proflus solis Episcopis reservata; inquit Averla supra. Sed hoc falsum est, ut patet ex dictis de Diaconatu.

Ideo respondetur tertio: Chorepiscopos, de quibus loquitur hoc Concilium, fuisse Ordinatione veros Episcopos, ut patet ex illis verbis in secunda versione: Etiam si Episcopi Ordinationem, manuumve impositionem acceperint; sed quia erant infra Suffraganeorum, quales hodie adhuc in aliquibus partibus habentur, noluit Concilium, ut sine licentia Episcopi Diaconos aut Presbyteros consecrarent, quævis alioquin Ordinationes aliter factæ fuissent validæ; sicuti hodie severissimè prohibetur, ne alterius Episcopatus homo ordinetur, etiam à verissimo Episcopo, sine licentia proprii; adeo ut aliqui canones, prout supra vidimus, dicant, eam Ordinationem esse irritam, cum alioquin validissima sit, juxta communem sententiam; ergo ex ea prohibitione istius Concilii, ne Chorepiscopi sine licentia Episcopi conferant Ordines illos; penitus non inferitur, quod potuerint à simplici Sacerdote concedi.

Et hinc, quia Damasus Papa videtur sensisse, Chorepiscopos, etiam illos, de quibus loquitur istud Concilium, non fuisse Ordinatione veros Episcopos, ideo consequenter docuit, Ordinationes eorum irritas & iterandas.

Et sanè ex hypothesi, quod Chorepiscopi non fuerint veri Episcopi, sed simplices Sacerdotes; quomodo præfatum Concilium, quod erat illegitimum & Conciliabulum potius Eusebianorum,

114. Prima resp. ex Binio.

Secundæ resp.

115. Tertis resp. Chorepiscopi de quibus loquitur hoc Conc. fuisse veros Episcopos.

116. Contrarium videtur supponere Damasus.

& secundam.

Valquez.

Averla.

112. Quid in illo Concilio fuerit prohibitum Chorepiscopis.

Non rectè ex eo probatur simplices Sacerdotes aliquando ordinasse alios Sacerdotes.

113. An rectè probetur ex Conc. Antiocheno.

Videtur quod sic ex Valquezio.

norum, absque auctoritate Pontificis convocatum, quomodo, inquam, potuit dare illis potestatem consecrandi Sacerdotes, etiam de licentia Episcoporum? Nam solius Pontificis est, dare illam potestatem, si dabilis est, ut cum communi sententia fatetur Vasquez supra n. 43.

117. An Chorepiscopi habuerint commissionem ordinandi Sacerdotes à Pontifice. Vasquez.

Planè, inquis, fatetur, & ideo ait: Quod in prædicto Concilio can. illo 10. dicitur: non licere Chorepiscopis ordinare Diaconum & Sacerdotem sine conscientia Episcopi, non est ita intelligendum, quasi commissio faciendæ esset ab Episcopo; sed ita, ut commissio non intelligatur facta ad hos Ordines conferendos, nisi sciente & consentiente Episcopo loci. Supponit autem Concilium, aliunde Chorepiscopos hanc commissionem à Pontifice Romano, aut Concilio Generali habuisse, quam Provinciale illud, postea approbatum in Trullo, moderari eo modo potuit in sua Provincia, ut melius fieret. Hæc ille.

Sed falsum supponit istud Concilium, nisi Vasquez ostendat Pontificem, vel Concilium Generale, quod dedit commissionem. Quod autem addit de approbatione illius Concilii in Trullo, nullus est momenti; cum ipsum Concilium in Trullo fuerit illegitimum & reprobatum, ut patet ex Binio Tom. 3. Concil. in Notis ad hoc Conc. verb. *Reprobatum.*

118. Approbatio Concilii Antiocheni in Trullo.

Sed audiamus approbationem: *Obfirmamus etiam reliquos omnes canones, qui à sanctis & beatis nostris Patribus expostis sunt, id est, à 318. sanctis ac divinis Patribus, qui Nicæa convenerunt, usque qui Ancyra, & iis etiam, qui Neocesææ, similiter & qui Gangris, & præterea iis, qui in Antiochia Syria &c.*

Nunquid sancti & beati illi Patres Concilii Antiocheni, qui Athanasium legitimum Episcopum deposuerunt, substituentes Gregorium Cappadocem hæreticum? Ego illos non dixerim Sanctos & Beatos, nisi ratione suæ Ordinationis, sicut credo, illa verba intelligenda sunt. Et certum est illos Sanctos Patres aliqua impia scelerata atque indecora decreta decrevisse, ut patet ex Binio Tom. 1. Concil. in Notis ad illud Concil. verbo: *Ariani.*

119. Exponitur can. Concilii Antiocheni de Chorepiscopis, qui veri erant Episcopi.

Et ideo can. ille de Chorepiscopis, parvæ posset alicui videri auctoritatis, nisi intellectus de veris Episcopis, ut antea explicavi; & rursus explico; quia licet Chorepiscopi ex eo officio non fuerint necessariò veri Episcopi consecrati, tamen valde verisimile est, sæpè fuisse veros Episcopos; uti nunc Vicarii Episcoporum, quæ tales, non sunt Episcopi consecrati, aliquando tamen re ipsa, & ut sic dicam, materialiter sunt Episcopi.

120. quibus prohibetur consecrare Diaconos vel Sacerdotes sine licen-

Et verò fuit olim consuetudo (ut in D. Augustino constat) Episcopos consecrare suos successores, eisque committere administrationem Episcopatus magna ex parte; illi ergo potuerunt in numerum Episcoporum computari.

Itaque Chorepiscopis, qui sic materialiter erant veri Episcopi, prohibuit Concilium Antiochenum consecrare Diaconos vel Sacerdotes sine licentia Episcopi civitatis, cui ipsi erant subjecti. Quæris, cur etiam non prohiberent consecrare Episcopos, cum & hoc ipsum valde possent facere vi suæ Ordinationis.

Respondeo; quia etiam ipsi Episcopi civitatis hoc non possunt licite facere, sine licentia Primatis seu Archiepiscopi; & non nisi tres simul, adeoque non erat tantum periculum, quòd Chorepiscopi consecrarent Episcopos sine scitu Episcopi civitatis, quantum etiam, quòd alios Ordines, qui non exigunt nisi unum Episcopum, clanculum conferrent.

Sed antequam finio hanc controversiam, operæ prærium duxi adscribere, quod ego apud Hiquæum in suo Comment. 4. dist. 2. q. unica n. 89. ubi, volens ostendere, Chorepiscopos, de quibus loquitur Concilium Antiochenum, fuisse veros Episcopos, sic ait: Abscedit ad confirmationem horum, Decretum Damasi non fuisse ulò receptum, etiam in ipsa Ecclesia Occidentali, ut patet ex Epist. Nicolai ad Rodolphum Episcopum Bituricensem de Chorepiscopis, inquit, *asseris multas esse in regionibus vestris Ordinationes Presbyterorum & Diaconorum effectas, quos quidam Episcoporum deponunt, quidam verò denuò consecrant. Nos verò dicimus innocentes oportere percipi, nec ullas debere fieri ordinationes, vel iteratas consecrationes. An ipsæ septuaginta Chorepiscopi facti sunt, quos qui dicitur Episcoporum habuisse officium? Sed quæ facti Canon ne omnes sibi omnia vindicent, ac per hoc dignitas Episcoporum ad Chorepiscopos videatur transferri, ipsi vultor honor Episcopi, decernimus tibi in hoc præ regulas ulterius fieri &c.*

Ex hac responsione, inquit Hiquæus, patet primò, declaratio Canonis Concilii Neocesæensis, quem citat Damasus, qui est 13. ubi dicitur Chorepiscopos ad formam septuaginta fuisse institutos, cum hoc tamen officia Episcopalia gessisse docet Nicolaus; ac pròinde fuisse eos consecratos Episcopos, & consecrationes ab eis factas Presbyterorum, licet fuerint contra Canones id prohibentes, esse validas; quæ prohibet sic ordinatos denuò reordinari, aut etiam deponi ex alia parte innocentes. Hæc ille.

Sed ego diu multumque quæsitam hanc Epistolam apud Binium Tom. 3. Conc. (ubi plerumque rimas recenset Epistolas Nicolai 1.) nullatenus potui invenire, quæ propterea mihi valde reprobatur suspecta; cum enim sit oppidò notabilis mirarer summopere, eam à Binio spontè commiseram, qui tamen addidit Appendicem Epistolam, qui quidem in illa hæcenus nunquam editarum. Et quidem in illa Appendice, Epist. 14. inscribitur ad Rodolphum Bituricensem Archiepiscopum, sed in ea nulla prorsus fit mentio Chorepiscoporum.

Præterea non est verisimile, Nicolaum, nullatenus

factâ mentione Damasi, docuisse directè ei opposita, patè Ordinationes Chorepiscoporum non esse iterandas, & septuaginta habuisse sinè dubio Episcoporum officia. Nam Damasus in Epistola sua, non semel ante citatâ, sic ait: *Quidquid inter Episcopos aut de rebus ad eos solummodo pertinentibus egerint, necesse est, ut irritum fiat: quia quod non habent, dare nequaquam possunt, præsertim cum nullum ex septuaginta discipulis, quorum speciem isti, antequam prohiberentur, in Ecclesia gerebant, nihil de hoc quòd Apostolis, eorumq; successoribus (id est Episcopis) specialiter debeatur, legitur assumptisse. Et infra: Vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere, quâ infixa sanetur macula, id est, reterari necesse est, quod legitime actum aut collatum minime approbatur.* Loquitur autem de Ordinationibus Chorepiscoporum.

Denique auctoritatem hujus Epistolæ videtur enarrare, quod legitur apud Binium Tom. 3. Conc. in Notis ad Epist. Ioannis Papæ 3. videlicet tempore hujus Pontificis (qui secundum Binium subrogatus fuit in locum Pelagii 27. Iunii a. 559.) nomen Chorepiscoporum in Gallia & Germania planè abolitum fuisse, quod etiam docet Baronius a. 572. n. 3. Quomodo ergo est credibile, Nicol. 1. qui, secundum Binium, euectus est in Sedem Apostolicam a. 858. scripsisse Episcopo Bituricensi in Gallia de Ordinationibus Chorepiscoporum? Nisi forte interea nomen illud in Gallia revivisset, de qua reviviscencia querimus primò doceri, antequam credamus, Epist. Nicolai non esse supposititiam. Ut autem foret authentica, potius favet nostræ sententiæ, quàm Adversariorum.

Itaque longè probabilis est, si non omnino certum, Presbyteratum non posse concedi à simplici Sacerdote, etiam ex commissione Pontificis, multò minus Episcopatum. Ratio desumitur ex dictis; quia in eis cessat totum fundamentum, quod pro Diaconatu, Subdiaconatu, & aliis Ordinibus habemus, scilicet Bullæ Pontificiæ suprâ allegatæ; quia nulla planè pro Presbyteratu aut Episcopatu affertur, & aliunde nullum adducitur fundamentum, aut signum voluntatis Christi, à qua totum dependet; non ergo debemus hoc concedere.

Si dixeris; Concilium Florentinum loquitur generaliter, dicens: *Ordinarius minister hujus Sacramenti est Episcopus.* Ergo respectu omnium Ordinum datur minister extraordinarius.

Respondet negando Consequentiam; quia sufficit, ut dixi in principio Conclusionis, ad veritatem istius propositionis; quòd aliquis verus Ordo, qui sit Sacramentum, possit conferri ab alio ministro, quàm Episcopo. Deinde posset dici; Pontificem ibi usum fuisse illâ voce, *Ordinarius*, ut abstraheret à quæstione, quæ adhuc erat sub lite inter Auctores, ac proinde nihil indè in ullam partem omnino efficaciter colligi.

Rogas à me; cur Christus potius voluerit, ut simplex Sacerdos aliquando conferret Diaconatum & Subdiaconatum, minoreque Ordines, quàm Presbyteratum aut Episcopatum? Respondetur ex Apostolo ad Hebr. 7. v. 7. *Sinè ulla autem contradictione, quòd minus est, à meliore benedicatur;* porro simplex Sacerdos melior est seu major, id est, habet majorem potestatem, quàm Diaconus, Subdiaconus; aut alii Clerici minorum Ordinum; ergo dum hi ab illo ordinantur, adhuc verificatur dictum Apostoli: *Quòd minus est, à meliore benedicatur;* fallum autem posset videri, si ordinaretur Presbyter, cum quo habet æqualem tantum potestatem. Sicuti ergò, secundum communiorem sententiam, Diaconus non potest, etiam ex commissione Pontificis, ordinare Diaconum, aut Subdiaconum Subdiaconum; ita neque Presbyter Presbyterum.

Si inferas; ergo neque Episcopus Episcopum. Respondeo negando Consequentiam; quia non datur altior potestas Ordinis in Ecclesia; ergo debuit unus Episcopus posse ordinari ab altero.

Infero rursus; ergo Diaconus poterit ordinare Subdiaconum, & Subdiaconus conferre minores Ordines. Respondeo rursus, negando Consequentiam; quia non dicit Apostolus; *Quòd minus est, ab omni meliore benedicatur, sed; Quòd minus est, à meliore benedicatur, id est, quòd minus est, non benedicatur nisi à meliore.*

Interim principalis ratio hujus differentiæ debet esse voluntas Christi, qui si voluisset, potuisset Presbytero dare potestatem ordinandi Presbyterum, & Diacono potestatem ordinandi Diaconum, & sic de cæteris, & adhuc aliquo modo verum esset: *Quòd minus est, à meliore benedicatur, quia non benedicatur, nisi in quantum caret Ordine, qui confertur, & in tantum conferens major seu melior est, juxta D. Bonav. 4. dist. 25. a. 1. q. 1. ad 6. Ad illud, inquit, quòd ultimò queritur, quomodo Episcopus benedicit Episcopum; dicendum, quòd hoc nullum est inconveniens, quia non benedicatur, nisi in quantum caret Ordine sive dignitate Episcopali, & sic maior est.*

Cæterùm cum nullum occurrat fundamentum dicendi, Christum totum fecisse, quod potuit in hac materia facere; negamus cum communi sententia, simplicem Sacerdotem, etiam ex commissione Pontificis, posse ordinare Presbyterum.

Et insuper dicimus; hoc ministerium ex institutione ipsa Christi nullatenus posse ab Ecclesia committi ulli, qui non sit Sacerdos, estò haberet quemcumque alium Ordinem. Quippe cum sit proprium munus Episcopi, tamquam ministri ordinati, planè conveniens fuit, ut ad summum extendi posset ad Sacerdotem, qui est proximus Episcopo; sicut suo loco diximus, Sacramentum Confirmationis, cujus Episcopus est minister ordinarius, ad summum posse

125.
Cur Christus voluerit conferri à simplici Sacerdote potius Diaconatum, quàm Presbyteratum?

Objectiones objectionis

126.
Alia objectiones

127.
Nemo potest ordinare etiam ex commissione Pontificis, qui non sit Sacerdos.

Tentio.

123.
Ratio quare Presbyteratus non possit concedi à simplici Sacerdote.

124.
Obiectio ex Conc. Flor.

Solvitur.

posse committi Sacerdoti. Et aliunde nullum exemplum aut vestigium invenitur, quod talis commissio unquam facta sit alicui non Sacerdoti.

Et haec tenent quidem de ministro huius Sacramenti valido, ut sic dicam, id est, ita ut si ordinare aliquem velit, factum teneat; ut autem Ordinatio non solum valeat, sed etiam liceat, quaedam à jure statuta sunt, paucis sequenti Conclusionis explicanda.

CONCLUSIO V.

Episcopus ordinans debet esse proprius ordinandi ratione civitatis, beneficii vel domicilii, nisi fuerit per triennium Episcopo familiaris, & beneficium statim reipsa illi conferat. Interim Ordo collatus ab alieno tenet.

128. Ex natura rei illicitum est conferre Ordines subdito alieno.

Hæc Conclusio intelligitur de Episcopo, conferente Ordines usque ad Sacerdotium inclusivè. Et verò conferre hos Ordines alieno, sine debita licentia, non solum veritum est jure Ecclesiastico, verum etiam ex natura rei; sicuti veritum est ex natura rei baptizare in aliena Parochia, nisi de licentia Pastoris, ad quem ex officio pertinet, in Ecclesiæ numerum Catechumenorum recipere, licet ipsa actio baptizandi non sit actio jurisdictionis propriè loquendo.

Consimiliter dico; ex natura rei, eo ipso quod fuit institutum Sacramentum Ordinis, & facta fuit distributio regionum & locorum, ad commodius regimen necessarium, distinctæque Dioceses Episcoporum, ac singulis proprii subditi attributi, ad Episcopum ipsum pertinet, ex suis subditis, non autem ex alienis, pro servitio Ecclesiæ ministros sibi deligere. Et quævis Ordinatio ipsa non sit actio jurisdictionis propriè loquendo, hoc est, actio jus dicendi; tamen electio ad Ordines, hoc est, ut quis ordinetur, pertinet ad habentem jurisdictionem in eum, alioquin non parva in Republica Christiana dissensio sequeretur.

129. Ecclesia superaddidit suum præceptum in Conc. Nicæno.

Quæ utique dissensio, ut certius evitaretur, Ecclesia superaddidit suum præceptum, ut patet ex Concilio Nicæno can. 16. juxta primam & secundam translationem, aut juxta tertiam can. 17. sequentis tenoris: Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua Ecclesia, quum non habeat consensum Episcopi ipsius, à quo recessit Clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

Ordinatio aliter facta est valida ex

Intellige, quoad executionem Ordinis suscepti; non autem quo ad impressionem characteris, ut colligitur ex 6. Synodo Generali

c. 17. ubi sic lego: Quoniam diversarum Ecclesiarum Clerici, suas, in quibus ordinati sunt, Ecclesias relinquentes, ad alios concurrunt Episcopos, & regunt Episcopo proprio in alienis constituantur Ecclesiis, ubi contigit eos sine sui examinatione permanere, præcipimus amodo, ut nullas Clericorum, quorum in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine demeritis literis sui Episcopi, in altera constituta Ecclesia. Qui verò hoc amodo non observaverit, ad approbationem eius, qui ordinaverit eum, deponatur tam ipse, (si ego suspenderit Ordinatio valida; alioquin non deponendus, sed omnino rejiciendus foret) quam qui eum sine ratione suscepit.

Constat cap. 1. de Tempor. Ordin. 6. ubi: Statuimus, ut nullus Episcoporum Italia, de cetero aliquem ultramontanum Clericum ordinare præsumat, nisi à nobis specialem licentiam habeat, vel ab Episcopo, de cuius Diocesi traxit originem oriundus, vel in cuius Diocesi beneficiatus existit; per eius præsentem literas causam rationabilem continentem, quare eum nolit, aut nequeat ordinare. Eos verò, qui contra præmissa contigerint ordinari, manere volumus aliquo spe dispensationis, super hoc à sede Apostolica vitanda suspensos, ac ordinantes penitentia puniri. Illi Clemens IV.

Et Gregorius X. in Generali Concilio Lugdunensi, ut refertur eodem tit. c. 2. Eni, inquit, qui Clericos Parochia aliena absque Superiorum Ordinandorum scientia susceperit, seu officiatu, rancia, vel quocumque alio figmento quolibet, presumptim ordinare, per annum à collatione Ordinis decernimus esse suspensos. His, qui contra statuta contra raltur ordinatos, in suo robore duraverint, illi Gloss. verb. Statuunt. Quod si collatæ Ordinationis non habeatur quoad executionem, q. 2. per totum 71. dist. 6. 1.

Novissimè autem (ut omitam alia jura, quæ solent ab Auctoribus communiter allegari, & sunt obvia) Concilium Tridentinum ad propositum nostrum sic ait sess. 23. de Refor. c. 1. Vnusquisque autem à proprio Episcopo ordinatur. Qui si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id, cum cuiusvis generalis aut specialis, rescripti vel privilegii prætextu, etiam statuta temporibus permissa, vel eius probitas ac mores, Ordinarii sui testimonio commendentur; si secus fiat, ordinatus à collatore Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario voluerit expedire, sit suspensus.

Ordinans, inquam, à collatione omnium Ordinum (ut communiter intelligunt Doctores) & non solum illius Ordinis, qui collatus est; & ordinatus à susceptorum Ordinum executione (ergo Ordines sic suscepti valent quoad impressionem characteris) quantum proprio Ordinario videbitur expedire, ac promissè Ordinarium poterit, quando sibi videbitur, à tali suspensione absolovere.

Addunt Aliqui privationem Clericalium privilegiorum, & incapacitatem beneficiorum, respectu eorum, qui minoribus Ordinibus, seu

primâ Tonfurâ sic initiarentur. Ita videtur sentire Sanchez c. 1. de Ordine dub. 20. n. 15. & 16. dicens: Hinc (scilicet ex eo, quod talis Ordinatio sit irrita quoad executionem) fit, quod sic initiatus Tonfurâ, non gaudeat privilegio clericali. Sic testatur se vidisse iudicium Chassinæus in Consuetud. Burg. rubr. des l'utices, §. Gloss. sunt creus, in fine, Rebuffus in Traçt. nominat. q. 14. n. 42. Salzedo super practica Bernardi Diaz cap. 26. §. Et non solum, licet contrarium tenuerit Guido decif. 449.

Secundò fit, quod sic promotus non potest Ecclesiastica beneficia obtinere, sicut si Tonfurâ non esset initiatus; quia paria sunt, nullam habere Tonstram, & habere inutilem, quod enim vitiosè cautum est, pro non cauto haberi debet l. Quoties 6. Qui satisfacere cogantur. Item, quia cum hic quoad se suspensus sit, privatus est omni actu spirituali tendente ad sui commodum, ut scribit Antonius cap. fin. de Clerico excommunicato, & ob eam rationem redditur inhabilis ad obtinenda beneficia, cap. Cum bona, de Ætat. & qual. Et ideo si quis impetret à Papa beneficium, si non exprimat se ab alieno Episcopo esse promotum, est subreptitia impetratio; quia si Pontifex sciret, non contulisset, vel non ita facile. Sic Salzedo ibi §. Ex quo manifestè. Oldradus Conf. 215. Cephalus Conf. 682. volum. §. Rebuffus de Form. dimisso. n. 22. 23. 24. Ita Sanchez.

Sed quàmvis hoc probabile sit; tamen etiam oppositam sententiam idem Auctor dub. 28. n. 4. putat satis probabilem, immo probabiliorem; quia hic non est propriè suspensus, & sic licet utatur Ordine ante absolutionem, non est irregularis; sed tantùm est suspensus ad hunc sensum, quod non licet ei uti eo Ordine sine peccato, donec Superior eum ratificet, sicut qui recipit Ordines ante legitimam ætatem, non est iure communi propriè suspensus, ita ut celebrans esset irregularis; sed ad hunc sensum tantùm, quod non possit absque peccato mortali uti eo Ordine, donec habeat ætatem completam. Ergo sicut iure communi valebat collatio beneficii, facta ordinato ante legitimam ætatem, ita etiam valebit collatio beneficii, facta ordinato à non suo Episcopo.

Hanc opinionem amplectitur Navarrus lib. 1. Consil. tit. 11. de Temp. Ordin. consil. 29. n. 1. si non est ultramontanus, & ordinatus in Italia. Immo consil. 31. n. 1. idem docet de ultramontano, ordinato in Italia. Tum; quia est casus expressus in cap. Quod translationem, de Temp. ordinat. quod ordinatus ab alieno Episcopo, non caret ipso iure executione Ordinis, sed est interdicens ei.

Tum; quia cap. Vel non est compos. de Temp. ordinat. idem statuit de ordinato ante legitimam ætatem. Tum; quia cap. 1. eodem tit in 6. cui innititur Glossa præfata (in illud cap. verb. Clericum, ubi tenet oppositam sententiam) pro-

bat contrarium, quatenus loquitur de Ordinate Clericum ad sacros Ordines, & de Clerico ordinato ad illos, significando aliud de ordinante laicum, & de laico ordinato ad Clericum; argumento cap. Nonne, de Præsump.

Tum; quia est exorbitans à iure regulari in dict. cap. Quod translationem, & ita debet restringi ad terminos, quibus utitur cap. Que à iure, de Reg. Iuris in 6. Tum; quia est pœnalis, & ita restringenda, c. Pœna, de Pœnit. dist. 1. & cum loquitur de ordinante Clericum, & de ordinato Clerico ad sacrum, non debet extendi ad ordinationem laicorum, & ad laicum ordinatum ad Clericum: immo probat contrarium, eò quod, qui de uno dicit, de alio negare videtur, dict. cap. Nonne.

Tum; quia causa illius Constitutionis fuit, quia Clerici extra suas terras in Italia ordinantur ad sacros, ut habet præmium illius, & non fuit causa impulsiva, ut significat Ioannes Andreas, sed finalis, quia causa dispositionis, quæ ponitur in præmio eius, censetur finalis l. fin. ff. de hæred. instit. & ita solum habet locum in ordinante Clericum ad sacros Ordines.

Tum; quia ridicula est ratio, qua mouetur Ioannes & Dominicus, scilicet quod verbum, Ordo, latè sumptum, significat etiam Ordines minores: quia illa efficaciter tollitur per ipsum & Archidiaconum, & retorqueri potest contra eos, cum regulariter lex exorbitans & pœnalis non extendatur ad significata improprie & latè per ejus verba.

Tum; quia non est eadem ratio de ordinato laico ad Clericum, & de Clerico ad sacros; cum crimen hoc sit longè gravius illo, ut palam est: cumque Extravagans Pii 2. Cum ex sacrorum, clarè significet hoc, statuendo, quod ordinati ad sacros sine dimissoriis, & ante ætatem, & extra tempora, suspenduntur ipso iure, & si celebrant sunt irregulares, quæ tamen secundùm omnes non habent locum in ordinato ad primam Tonfuram vel minores.

Tum; quia præfatum cap. 1. non potest sine violentia dividi per appositionem puncti, quam Glossa prætendit, ut palam est perpendiculari.

Tum denique; quod ridiculosum est etiam id, quod notant ex illa Glossa Dominicus & Francus, scilicet, quod quando per puncti appositionem in uno vel alio loco potest extendi prohibitio pœnalis, debeant in dubio poni in eo loco, in quo positum ampliat dispositionem, cum contrarium sit verum & receptum post Glossam in cap. In panis, de Reg. Iuris in 6. per quod & per rationem diversitatis supra tactam solvuntur fundamenta Glossæ. Hucusque Navarrus. Cujus sententia nobis placet, & ideo diffusius ejus fundamenta exscripsimus.

Et addimus; Concilium Tridentinum manifestè loqui de sacris tantùm Ordinibus; sic enim incipit præallegatum caput: Ordinationes

E e e

sacro.

Quarta & Quinta.

135. Sexta.

Ioannes Andreas. l. fin. de Hæred. instit.

Septima.

Octava.

Extravagans Pii 2.

136. Nona.

Decima.

137. Probatur etiam ex Conc. Trid.

privilegiis clericibus, & incapax beneficii Sanchez.

Chassinæus. Rebuffus.

Salzedo.

Guido.

l. 6. Qui satisfacere cogantur.

Antonius.

Salzedo. Oldradus. Cephalus. Rebuffus.

133. Sententia negativa est probabilior.

134. Hanc amplectitur Navarrus, & probat ex diversis juri- bus. Prima probatio.

Secunda & Tertia.

sacrorum Ordinum statutis à jure temporibus &c. Ergo totum, quod in eo disponitur circa illos, qui ab alieno Episcopo ordinantur, intelligendum venit de solis Ordinibus sacris.

& cap. 4. de Temp. Ord. in 6.

Præterea notandum; quòd cap. 4. de Temp. Ord. in 6. ubi prohibetur Episcopis, conferre Tonfuram homini alterius diœcesis, absque sui Prælati licentia, nulla imponitur pœna tonsurato, sed solummodò tonsuranti. Nullus, (inquit Bonif. 8.) Episcopus vel quivis alius infanti (nisi fortè Religionem intraret) seu illiterato: sed nec absque sui Superioris licentia homini (id est, laico, juxta Gloss. ibi) diœcesis aliena clericalem presumat conferre Tonfuram: nec etiam conjugato, nisi volenti Religionem intrare, aut ad sacros Ordines promoveri: prout est satis Canonibus definitum. Qui verò contra fecerit (ut in eo) in quo peccaverit puniatur: per unum annum à collatione clericalis Tonfuræ dumtaxat noverit se suspensum.

138.

Auctor sequitur sententiam Navarræ.

Teneo itaque cum Navarro, tonsuratum, aut ordinatum ad minores Ordines ab Episcopo alieno, sine licentia proprii, vel per dimissorias falsas, non esse ipso jure suspensum propriè dictâ suspensione, id est, cujus transgressio inducit irregularitatem; adeoque non esse privatum, neque privandum ob hoc solum beneficis ante vel post habitis.

Sic tonsuratus potest aliquando suspendi ex Concilio Tridentino.

Dico: Ipso jure suspensum; quia aliquando potest suspendi, ut patet ex Concilio Tridentino, quod sess. 7. de Refor. c. 10. sic statuit. Non liceat Capitulis Ecclesiarum Sede vacante infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam aut litteras dimissorias seu reverendas, ut aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusvis privilegi aut consuetudinis vigore alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere: si secus fiat, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subiacet interdicto, & sic ordinati, si in minoribus Ordinibus constituti fuerint, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant; in maioribus verò ab executione Ordinum ad beneplacitum futuri Prælati sint ipso jure suspensi.

Ubi hæc ultima verba satis significant, constitutos in minoribus Ordinibus, non esse ipso jure suspensos. Deinde præcedentia verba clarè exprimunt, eos posse suspendi seu privari privilegio clericali, præsertim in criminalibus.

139.

Id generaliter verum esse, docet Navarrus.

Sed nunquid generaliter verum est; tonsuratus vel initiatus minoribus Ordinibus ab Episcopo alieno, sine debita licentia proprii, potest suspendi, & per illam suspensionem fit inhabilis ad beneficia? Affirmat Navarrus supra n. 5. & probat per ea, quæ habentur in cap. Quod translationem, & cap. Vel non est compos. de Temp. Ord.

Sed ego puto, hoc ex illis juribus nullatenus probari; quia c. Quod translationem, loquitur de Ordinibus collatis Clerico Græco, Episcopo Latino subiecto, à Græco Pontifice, idque

extra quatuor tempora. Hæc sunt verba iuris: Consultationem suam taliter respondimus, quòd licet Clericus Græcus, Episcopo Latino subiectus, à Græco Pontifice ordinatur, nisi de mandato vel Licentia sui Episcopi fiat, interdum est ei Ordinibus sacris susceptis.

Ubi Glossa verb. Ordinat: Extra, inquit, quatuor tempora, sicut est in antiqua compilatione, & sic bene facti ad titulum. Cùmque hoc jus sit pœnale, non est extendendum ad Ordinationem laici, juxta supradicta ex Navarro; neque ad Ordinationem Clerici in ipsis quatuor temporibus, sed restringendum ad Ordinationem Clerici ad sacros Ordines extra quatuor tempora.

Similiter cap. Vel non est compos, manifestè loquitur de Ordine sacro, ut patet ex verbis ejus, quæ subijcio: Vel non est compos sui Episcopi Conventus. vel nimirò videtur à se suscipi potuisse, qui M. puerum, latorem præsentium, alicuius tredecim annorum, contra sacrorum Canonum injuncta, monachum in Diaconum dicitur ordinatum in dicitur Ordinis clericalis: Et infra: Discreti vestra mandamus, quatenus si rem invenieritis, prædictum Episcopum à collatione Ordinum suspendatis, ipsum, ut eidem M. quem ab executione digni Diaconi (aliàs, Diaconatus) usque ad alium legitimum in iniuriam suspendimus Ordinationis, præsertim in Ecclesiastico beneficio competentem, per censuram Ecclesiasticam compellatis.

Quomodo autem ex hoc jure rectè inferatur; ergo qui suscepti primam Tonfuram ad minores Ordines ab Episcopo non suo, potest suspendi, ego non video, & ideo ad aliam sententiam expectabo.

Consimiliter vellem videre claram probationem ejus, quod ait Navarrus supra Concilio 30. n. 1. Ordinatus ad minores Ordines per dimissorias falsas, non potest absque peccato in Ordinibus minoribus sic susceptis, doctore officietur Ordinatione per proprium Episcopum; hoc, inquam, faciliùs dicitur, quàm effici potest probetur, eo semper salvo, ut non sit ipse suspensus, neque post factum à proprio Episcopo fuerit suspensus.

Nam cap. 1. de Temp. Ordinat. in 6. quod allegatur, loquitur de Ordinibus sacris, præsertim Navarrus supra illud intellexit; & limitat cap. Lugdunensis 10. 9. 2. sequentis tenore: Lugdunensis parochie (aliàs, Ecclesia) Clericus, qui contra statuta canonum ab alterius parochia Episcopo ordinatus, litterarum suarum significatione non habet, cum graduum suorum honore recipere religionis sapienter poterit, si eos alius canonice & jure præsertim aliq. a ordinator consulerit, si tamen eorum præsertim viam id indulgentiam per peccatis promeritam habilem viam id indulgentiam per peccatis promeritam. Ità Urb. Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo.

Quòd autem loquatur de Ordinibus sacris, patet; qui supponit, tales Clericos suspensos ipso jure ab executione Ordinum sic susceptorum.

Sect. 3. De Ministro Ordinationis. Concl. 5. 587

rum, ibi : Cum graduum suorum honore recipere ... poterit.

Et idipsum expressis verbis significat Gratianus ibi, dicens : His auctoritatibus prohibentur quilibet Episcopi Clericos alterius ordinare. Sed quaeritur, si contingat eos aliquibus sacros Ordines distribuere, an ordinati, ab Episcopis suis in propriis Ordinibus recipi possint. De his ita scribit Urb. Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo : Lugdunensis Patriarchie &c. ut supra.

Allegatur etiam à Navarro cap. Nullus, de Temp. Ordinatus in 6. Sed in illo capite, ut supra vidimus, solum imponitur poena Episcopo, ordinanti laicum alienae Diocesis; nullo autem vel minimo verbo significatur, laicum sic ordinatum peccare, utendo suis Ordinibus.

Cum ergo Ordo collatus valeat, nec invenitur suspensio aut prohibitio juris; dico, salvo meliori, sic ordinatum nullatenus peccare, utendo suis Ordinibus, nisi ab Episcopo proprio id ei expressè fuerit prohibitum; sicut indubie potest prohiberi, in poenam injuriæ sibi factæ; & hoc sensu admitto, sic ordinatum posse suspendi à proprio Episcopo, & per consequens inhabilem fieri ad beneficia impostorum recipienda.

Ad eoque consultum est procurare per se, vel per amicos, ut proprius Episcopus habeat ratam præfatam Ordinationem; non eâ ratificatione, quâ quis potest habere ratum, quod nomine suo gestum est; quia supponitur, non fuisse gestum nomine proprii Episcopi; sed eâ ratificatione seu approbatione, quâ quis potest approbare factum ab alio in suam injuriam, & remittere poenam, infligendam vel absolvere à poena jam inflicta.

Cæterum prædicta intelligenda sunt, primum, stando in jure communi. Nam Sixtus V. Bulla : Sanctum & salutare, 91. apud Cherubinum §. 3. sic ait : Clericos post hac male promotos (etiam ad primam Tonfuram & minores Ordines, ut patet ex §. 2.) ab executione, ministerio & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus, & si in eis ministrare præsumperint, illos sic irregulares effectos, omnibus & quibuscumque per eos in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officiis & beneficiis Ecclesiasticis, cum cura & sine cura, quomodocumque qualificatis secularibus, vel cujusvis Ordinis aut militiae regularibus, ac etiam si ipsi Clerici regulares fuerint, activâ & passivâ voce ipso facto privamus, & us privatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia impostorum obtinenda, in perpetuum inhabiles & incapaces esse declaramus.

Verum hanc Constitutionem Clemens VIII Bulla : Romanum Pontificem, 49. apud Cherubinum, reduxit ad terminos Constitutionis Pii II. & Conc. Trident. Subdo verba Pontificis ex §. 2. Motu proprio & ex certa scientia nostris ac de Apostolica potestatis plenitudine hac nostra

perpetuò valitura Constitutione supradictas literas (Sixti V.) ad terminos sacrorum Canonum ac Constitutionis Re. Me. Pii Papæ II. etiam prædecessoris nostri, quâ incipit : Cum ex sacrorum Ordinum, sub dat. videlicet quatuordecimo Kal. Decemb. Pontificatus sui anno 4. cujus tenorem præsentibus præpresso haberi volumus, & ad dispositionem Decretorum sacri Trident. Concil. restringimus & reducimus, nec non censuras & poenas in eisdem Sixti literis contra quoscumque, præterquam contra simoniacos ordinantes, & ordinatos inflictas, quas volumus in suo robore permanere (aliis etiam poenis & censuris per eosdem Canones ac Constitutionem Pii II. Concilium Trident. injunctis, sicut & firmis remanentibus) moderamus & aboleamus.

Interim alia occurrit Constitutio Urb. VIII quæ incipit : Secretis, 35. apud Cherubinum, in qua §. 3. sic lego : Motu proprio & ex certa scientia ac matrà deliberatione nostris, deq. Apostolica potestatis plenitudine, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium prohibemus, ne quovis prætextu, & ex quacumque causa Hispanos, Lusitanos, Gallos vel Germanos, aliosq. quoscumque natiæ gentes, & ex quibusvis locis extra Italiam oriendis, non solum ad sacros, sed neque etiam ad minores Ordines vel Clericalem characterem promovere audeant seu præsumant, nisi dimissionales suorum Ordinariorum literas à nostris & hujus sanctæ Sedis Nuntius seu Collectarius in illis partibus commorantibus recognitas & probatas & subscriptas habeant, eorundemve Nuntiorum seu Collectorum subscriptione, à dilecto Filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali, similiter examinata, recognita & approbata fuerint, aliis promoventes, ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti vero perpetuè suspensionis poenam, absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinenda, incurvant eo ipso.

Et §. 4. de Italis statuit, quod sequitur : Italos vero si quas impostorum clericali characterem insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissionibus contigerit, etiam si qualitatibus, per Conc. Trident. Decretum c. 16. sess. 23. requisitis, præditi sint; nihilominus, secuta tamen prius desuper Iudicis Ecclesiastici declaratione, fore privilegio minime gaudere, sed seculari jurisdictioni, ut antea plene in omnibus subiacere, & subjectos esse respectivè volumus, sicq. & non aliter &c. Datum Roma apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 11. Decemb. 1624. Pontif. nostri a. 2.

Secundò, prædicta intelligenda sunt, nisi alia major culpa intercesserit; & g. nisi ob defectum debitæ licentiæ incurrerit excommunicationem ipso jure, per aliquam Constitutionem Synodalem (nam jure communi non incurrit illam) vel quòd Ordinatio tulerit excommunicationem ipso jure incurrendam contra eos, qui peterent à se ordinari sine legitima licentiâ juxta Pontif. Romanum Tit. de Ord. conferendis ibi : Reverendissimas in Christo Patre & Dominus Dominus N. Dei & Apostolica Sedis gra-

Eccce 2

144. Constitut. Urb. VIII de eadem materia,

145. Secunda limitatis,

142. Sententia negans placet Auctori scelus specialis prohibitione.

143. Bulla Sixti quinti contra male promotos,

quam Clem. VIII. reduxit ad terminos Constitut. Pii II. & Conc. Trid.

nis à collatione Ordinum per annum, latam in cap. *Eos qui*, de Tempor. Ordin. in 6. & à Tridentino sess. 23. c. 8. sed tantum suspensionem à collatione primæ Tonsuræ, latam in cap. *Nullus*, eodem titulo.

Quidquid in contrarium sentiat Gloss. in cap. *Eos qui*, verb. *Ordinare* & cap. *Nullus*, verb. *Homine*, quam sequitur Suarez & Alii apud Dianam p. 3. tract. 4. resol. 194. Nostram sententiam tenet Villalobos supra tract. 18. diff. c. 7. n. 7. & Alii, quos ibidem citat Diana.

Suarez.
Diana.
Villalobos.

150.
Tres modi quibus Episcopus dicitur proprius in hoc casu et c. 3. de Temp. Ord. in 6.

Sed dicit aliquis: ecquod modis Episcopus intelligitur proprius in hoc casu? Conclusio tres designat, qui desumpti sunt ex cap. *Cum nullus* 3. de temp. Ordin. in 6. ubi scilicet Bonifacius VIII. *Cum nullus Clericus parochia* (id est, diocesis) aliena præter superioris ipsius licentiam debeat ordinare, superior intelligitur in hoc casu Episcopus, de cuius diocesi est is, qui ad Ordines (majores vel minores, juxta Gloss. ibi:) promoveri desiderat oriundus (& hic dicitur proprius ratione nativitatis) seu in cuius diocesi beneficium obtinet Ecclesiasticum (qui est proprius ratione beneficii) seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem, Ecce proprius ratione domicilii.

151.
Quid requiratur, ut aliquis dicatur Episcopus proprius ratione nativitatis.

De primo queritur; utrum dicatur Episcopus originis seu nativitatis, in cuius diocesi, forte per transitum, aut negotiationis gratiâ peregrinantibus parentibus, quis nascituran verò in cuius diocesi parentes habent firmam habitationem & domicilium.

Sanchez.

Sanchez de Matr. lib. 3. disp. 23. n. 3. cum Aliis, quos citat, docet, intelligi debere diocesim, in qua parentes habent firmum domicilium, adeo ut licet parentes decennio, & ultra, in alia diocesi steterint, non diceretur filius ibi natus, sed in loco ubi parentes habent domicilium.

1. 3. Cod. de Hærit.

Probat ex l. *Filios*, 3. Cod. de Munic. & orig. *Filios* (inquit Imp. Philippus) apud originem patris, non in materna civitate, etsi ibi nati sint (si modo non domicilium retineantur) ad honores seu munera posse compelli, explorati juris est. Et l. *Cities*, 7. in fine Cod. de Incolis, ibi: *Vnde cum profectus est, peregrinari videtur*. Et mater, quæ habebat animum revertendi, fingitur semper fuisse in civitate, & ita ibi peperisse, l. 1. & l. *Retro* 16. ff. de captivis. Ità Sanchez.

1. 7. Cod. de Incolis.

Lex 1. sequentis est tenoris: *Quod servus eius, qui ab hostibus captus est, postea stipulatus est, aut si legatum sit servo eius, posteaquam ille ad hostes pervenit, hoc habebunt hæredes eius, quia etsi captivitas tempore decepsisset, adquisitum foret hæredi*. Alia lex ita sonat: *Retro creditur in civitate fuisse, qui ab hostibus advenit*. Quæ leges, meo iudicio, valde obscuræ sunt ad clarè probandam sententiam Sanchez.

1. 1. ff. de Captivis.

Est enim fisione juris mater dicatur peperisse in loco domicilii, & ideo hic Episcopus fisione juris sit proprius Episcopus ratione nativitatis; cur etiam ille, in cuius diocesi proles à

152.
An ille, qui nascitur in itinere, habeat duplicem Episcopum.

parte rei nascitur, nequeat haberi proprius ratione nativitatis, non fisione juris, sed rei veritate? Profectò sacra Congregatio Concilii die 16. Decemb. 1599 & 12. Augusti 1628. & 7. Aprilis 1629. refertur declarasse; quòd quis ordinari potest ab Episcopo originis paternæ, tametsi pater tempore nativitatis illius filii, ad aliam diocesim jam transfulerat domicilium.

pum originis.

Sicuti ergo ille filius duplicem habet Episcopum originis, unum illius diocesis in qua pater natus fuit, & alterum illius diocesis, in qua pater jam habet domicilium; & ipse nascitur; cur similiter in casu proposito, qui nascitur in itinere, non possit habere duplicem Episcopum originis, unum fisione juris illius diocesis, in qua parentes habent domicilium, & propterea ipse fisione juris nascitur; alium illius diocesis, in qua rei veritate nascitur? Non video quid obstat possit, præter jus positivum, de quo nobis non satis constat. Cur enim ly Oriundus, in cap. *Cum nullus*, magis debeat accipi pro oriundo fisione juris, quam rei veritate?

153.
An sit attendenda origo matris.

Sed nunquid etiam attendenda origo matris? Minime, nisi ordinandus sit vulgò quæsitus, cujus pater ignoratur. Ita Barbosa in Collectaneis in varia loca Concilii Tridentini sess. 23. de Refor. cap. 8. n. 19. citans seipsum de Offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 4. n. 15. Novar. in sing. canon. conclus. 101. n. 10. & Alzedo in praxi Episc. p. 2. c. 5. n. 45.

Novar.
Alzedo.
An sit attendenda origo avi?

Præterea Barb. in Collect. loco citato n. 20. cum Aliis quos citat, docet, in hoc puncto non esse attendendam originem Avi. Atque hæc de primo modo, quo aliquis dicitur proprius Episcopus, scilicet ratione nativitatis seu originis.

154.
An sufficiat hic quodcumque beneficium.

Secundus modus est, ratione beneficii; contingit quippe sæpius, ut natus in una diocesi, in alia accipiat beneficium, ratione cuius subicitur illi Episcopo, in cuius diocesi obtinet beneficium, ut possit ab eo ordinari, ut patet ex capite: *Cum nullus*, supra allegato. Queritur autem circa hunc modum 1. an sufficiat quodcumque tenue beneficium; an verò requiratur ita pingue & commodum, ut Clericus possit eo honestè sustentari.

Ratio dubitandi oritur ex Concilio Trident.

Ratio dubitandi oritur ex Concilio Trident. sess. 21. c. 2. ubi prohibet. *Ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promovatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere*. Propter quam prohibitionem Aliqui, quos citat Diana p. 4. tract. 4. resol. 51. docent, quodcumque tenue beneficium non sufficere.

Ratio dubitandi ex Conc. Triden.

Sed ego (inquit Diana) prorsus puto in tali casu posse Episcopum sacros Ordines conferre, & ita hanc sententiam docet Garcia de Benef. to. 1. p. 2. c. 4. n. 8. Henriquez lib. 10.

Diana.
Garcia.
Henriquez.

c. 22. §. 1. junctâ Glossâ lit. C. & cap. 17. in Glossâ lit. Q. & novissimè Barbosa de Lure Pontificio lib. 1. cap. 33. n. 38.

Barbosa.

155.
Ratio sententia affirmantis,

& declar. Card. apud Barb.

Ratio est; quia cap. *Cum nullus*, de Temp. Ord. simpliciter loquitur de habentibus beneficium; nec explicat illius valorem & quantitatem; & ideo, quod est valde notandum, sacra Cardinalium Congregatio, teste eodem Barbosa ubi supra c. 39. n. 17. censuit in una Ianuensi die 18. Martii 1628. promotum ad Ordines, cum collatione unius beneficii redditus duorum scutorum annuorum, qui incedens in habitu laicali cum armis, dum rapere tur à birruaciis, unum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudere privilegio fori. Itâ sacra Congregatio. Hucusque Diana.

Resp. Diana ad argumentum in contrarium ex Trident.

Respondet autem ad argumentum supra ex Tridentino; quod Concilium ibi determinat, quod quis non possit otdiuari ad titulum beneficii tenuis; non autem asserit, quod si ordinandus, beneficio tenui patrimonium sufficiens ad victum adjungat, non possit ordinari ab Episcopo. Igitur aliud est querere, num beneficium sufficiat pro titulo; aliud si sufficiat, ut tamquam subditus ratione beneficii possit promoveri ad Ordines. Hæc ille.

156.
An sufficiat sola collatio beneficii.

Barbosa.
Ratio sententia negantis ex Garcia.

Queritur secundò; an sufficiat sola collatio seu titulus beneficii? Communis sententia, negat, dicens, necessariam esse possessionem. Itâ Barb. cum Aliis, quos citat, de Lure Eccles. lib. 1. c. 33. n. 33, Rationem assignat Garc. de Benef. p. 2. c. 4. n. 16. quia ad hoc, ut efficiatur de ejus foro, necessarium videtur, quod habeat beneficium cum effectu. Immo (addit idem Auctor n. 17.) & sola possessio sine titulo justo sufficere videtur ad hunc effectum; per illam enim videtur effici de foro illius Episcopi.

157.
An debeat esse beneficium quod requirit residentiam? Negat Barbosa.

Queritur tertio; an sit necessarium, quod beneficium requirat residentiam. Barb. supra n. 34. negat, & colligit ex dicto capite: *Cum nullus*; nam, inquit, si illud voluisset tantum comprehendere obtinentem beneficia cum residentia, non utique adjunxisset verba illa de beneficio Ecclesiastico: sed domiciliu duntaxat, & originis meminisset; quia sub domicilio complexus esset obtinentem beneficium cum residentia; quare sic docent Henriquez lib. 10. c. 22. §. 1. & Alii, quos vide apud præfatum Auctorem.

Henriquez.

Oppositum docet Lessius, & probat.

Pro contraria sententia citatur Lessius de Iustit. l. 2. cap. 34. n. 92. dicens: Episcopus beneficii est Episcopus loci, ubi quis habet beneficium requirens residentiam: tale enim beneficium constituit domicilium, secus si non requirat residentiam, vel si cum eo dispensatum, ut non teneatur residere; ut notant Doctores in cap. *Quia in tantum*. §. de Præbendis.

158.
Resp. ad probationem.

Sed responsio patet ex dictis; est enim obligatio residendi requiratur, ad fortiendum domicilium ratione beneficii, quid tum? Nun-

quid cap. *Cum nullus*, ut quis dicatur proprius Episcopus ratione beneficii, exigit beneficium, quod constituit domicilium? Immo domicilium expressè distinguit à beneficio; ergo censet sufficere etiam beneficium, quod non constituit domicilium.

Placet igitur prior sententia; quia ubi jus non distinguit, neque nos distinguere debemus, absque manifesta ratione; jus autem generaliter loquitur, ut patet ex verbis antea allegatis, & manifesta ratio distinguendi hic non occurrit.

Immo sic decisum fuisse attestantur Sellius in Select. canon. c. 18. n. 29. sub die 26. Martii Anno 1594. dum ibi fuit dictum, obtinentem beneficium simplex in aliqua diocesi, postquam Episcopo loci beneficii ordinari. Ita refert Barbosa. in Collect. sup. n. 28.

Verum, cum etiam aliquod beneficium simplex requirat residentiam, illa decisio apud me parvi est momenti; nisi adjunctâ istâ Regula. Ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Atque ex eodem principio resolvo primo, cum Doctoribus communiter: sufficere beneficium, quod licet non habeatur in titulum, habetur tamen in Commendam perpetuam, quippe Commenda perpetua datur in omnem Commendatarij, cum facultate disponendi de fructibus, sicut verus beneficiarius, & idem parum aut nihil distat ab aliis provisionibus beneficiorum, ut patet ex illius Bulla, ubi *in commodius onera sustentate valeas, de aliquo conventione auxilio providere cupientes, tale beneficium auctoritate Apostolica concedimus & commendam ac providemus per te quamdiu viveris obtinentem esse possidendum, itâ quod durante Commenda tibi de fructibus ac redditibus istius disponere & ordinare valeas &c.* Hanc formam ponit Redibus in præxi tit. de Commenda n. 28. & sic obligat ad recitandum divinum officium solvitur.

Et eadem est ratio de Prestimonia, quæ Clericis dantur in titulum perpetui beneficii, & habent annexum aliquod obsequium spirituale. Secus dicendum de Commenda temporali, & Prestimonio quod datur licet sine onere aliquo spirituali, quoniam non æquivalent beneficio, ut patet.

Resolvo secundò; beneficium habens annexum certum Ordinem, puta Subdiaconatum, vel Diaconatum, sufficit, ut beneficium ab Episcopo talis beneficii possit etiam ad alios Ordines promoveri, quia simpliciter obtinet beneficium in ejus diocesi; nihil autem aliud jus requirit.

Quod etiam verum existimo, tamen si illud vel aliud quodcumque beneficium esset liberum alteri Episcopo quoad provisionem, secus si etiam quoad jura Episcopalia; quia tunc pleno jure ille beneficiarius subijctus alteri Episcopo, & ideo ad alterum pertinere potest.

testas eum ordinandi ratione beneficii. In alio autem casu, provisione facta beneficiarius pleno jure subicitur Episcopo, in cujus diocesi extat beneficium; & ideo tunc ad hunc, & non ad provisorum pertinet Ordinatio. Ita cum Aliis, quos citat, docet Barb. sup. de Jure Eccles. l. 1. c. 33. n. 39.

Barbosa.
161.
Quid si beneficium obtentum fuerit in fraudem?

Sed quid, si beneficium obtentum fuerit in fraudem? Multi apud Barb. supra n. 40. putant, tunc non jure quoad susceptionem Ordinis; quamvis dabitur Campan. in diversis Juris Can. Rub. 9. c. 8. n. 17. & nos eum illo; quia jus generaliter loquitur, & non videmus causam sufficientem distinguendi. Quid si enim aliquis in fraudem mutaret domicilium, putas, quia & hic non posset ordinari ab Episcopo hodierni domicilii? Consequenter affirmandum foret; vel si fraus hic non obstat, neque ibi.

162.
Quid si aliquis habeat beneficia in diversis diocesis.

Restat questio; an qui habet diversa beneficia in diversis diocesis, possit unum ex duobus Episcopis eligere pro omnibus Ordinibus suscipiendis, aut certe unum pro uno Ordine, & alterum pro altero Ordine.

Et sane, quod possit unum eligere, à quo accipiat omnes Ordines, nemo dubitat; cum uterque sit proprius ratione beneficii, & non sit aliqua ratio, vel aliquid jus positivum, quod potius exigit electionem unius, quam alterius.

Sed neque per electionem unius istorum Episcoporum, videtur præclusa via, quod minus pro aliis Ordinibus possit ordinatus ad alios Episcopos accedere; ad alios, inquam, proprios, five ratione beneficii, five ratione originis, vel domicilii. Aliqui tamen contrarium docent apud Barbosam de Jure Eccles. supra n. 44. Quia, inquit, si semel factus est subditus Episcopi ordinantis, cujus est munus, providere illi de beneficio, & sic de aliis juribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum, in præjudicium electi per primam Ordinationem.

Respondeo; nullum fieri præjudicium Episcopo, electo per primam Ordinationem, utpote qui per eam nullum acquisivit jus ad subsequentes Ordinationes; sed ordinandus alium eligendo, utitur jure sibi concesso, nam cap. Cum nullus, non loquitur limitate, sed absolute, neque affertur aliud jus positivum, quod limitet. Et hæcenus de secundo modo subjectionis ratione beneficii.

163.
Quid hic intelligatur per domicilium?

Venio ad tertium modum, qui est ratione domicilii, per quod intelligunt communiter Doctores habitationem in aliqua diocesi, cum animo perpetuo ibi permanendi, ita ut non sufficiat diuturna habitatio, etiam ultra decennium absque tali animo; argumento leg. Non interest. 25. ff. de captivis & postli. rever. ibi: Neque enim satis est corpore domum quis redisse, si mente alienus est. Et sufficiat habitatio unius diei cum tali animo; argumento l. Domicilium. 20. ff. Ad municip. ibi: Domicilium re & facto trans-

l. 25. ff. de Captivis &c.

l. 20. ff. Ad municip.

fertur. Ubi Gloss. verb. Domicilium, ait: Facto subintellige & animo, nam hæc duo sunt necessaria. Ergo cum hic ad factum, nempe habitatio, & animus perpetuo habitandi, statim comparatur domicilium.

In dubio tamen non præsumitur ordinari talis animus in foro externo, nisi quis habitaverit ibi saltem per decem annos continuos; leg. 2. Cod. de Incolis, ubi sic dicitur: Nec ipsi qui studiorum causa aliquo loco morantur, domicilium ibi habere creduntur, nisi decem annis transieris eo loco sedes sibi constituerint. Aut certe per aliquem alium actum externum, v. g. emendo domum, & transferendo majorem partem bonorum, eo loco sedem sibi constituerit; argumento leg. Cives, 7. Cod. de Incolis, ibi: Et in eodem loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi quis latrem, verumq; ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet.

l. 2. Cod. de incolis.

l. 7. eod.

Sed nunquid in mutando domicilio requiritur licentia Episcopi? Minime; argumento cap. fin. de Parochiis, ibi: Fraternaliter sua mandamus, quatenus, prædictorum locorum Praelatos, ut sibi nullam in prædictis Aconen. habitatores (qui sine licentia domicilium mutaverant) jurisdictionem usurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, distinctione, quæ convenit, compellatis. Ubi Gloss. verb. Habitatores jurisdictionem: Quia translato domicilio (etiam sine licentia) subtrahunt eorum jurisdictionem supra de Foro competentis, Proposuit, 13. q. 1. Ecclesias, §. Quia ergo. Et ibi dicitur quis habere domicilium, ubi habitat, ff. Ad municip. Municeps, §. Miles.

164.

An in mutando domicilio requiritur licentia Episcopi?

Tenentur tamen hujusmodi domicilarii portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam ac natalitia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum, & illic habitatio continuata, usque ad tempus promotionis, in quo potest tunc servari, quod circa diligentias ordinandorum præmittendas, disponit Conc. Trident. sess. 23. de Refor. c. 5. Ita Barbofa supra de Jure Eccles. c. 33. n. 31.

Conc. Trident. Barbofa.

Ex his patet primo; plus requiri ad ministrandum & suscipiendum Ordines, quam ad ministranda & suscipienda alia Sacramenta, v. g. Pœnitentiam, Eucharistiam &c. ad quæ sufficit quasi domicilium, id est, habitatio seu commoratio in aliquo loco per majorem partem anni, de quo alibi latius tractavimus. Nec immerito id factum fuit ab Ecclesia; quia Ordo non est Sacramentum presentaneæ necessitatis in singulis hominibus, & requirit peculiarem delectum ac notitiam personarum & applicationem ad ministerium Ecclesiæ.

165.

Non sufficit hic quasi domicilium, & quare?

Paret secundo; si quis habeat æqualiter duo domicilia in duabus civitatibus, solens per æquales moraliter anni partes utrobique habitare, de quo casu l. 6. §. 2. ff. Ad municip. sic dicitur: Viris prudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instru-

166.

Quid si habeat duo domicilia in duabus civitatibus.

instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur. Hic, inquam, posset ab utrolibet Episcopo promoveri, & ab uno accipere unum Ordinem, & alterum ab altero.

Hinc Barones seu Officiales perpetui, & eorum filii, possunt promoveri ab Episcopis illorum locorum, quæ in feudo vel regimine habent, quàmvis ibi non habitent, ut notat Barbosa de Offic. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 4. n. 32. quoniam ratione dignitatis dicuntur in illis locis habere domicilium; argumento leg. Senatores. 8. Cod. de Incolis, Senatores in sacratissima urbe domicilium dignitatis habere videntur. Et leg. Senatores, ff. de Senatoribus, Senatores licet in urbe domicilium habere videantur, tamen & ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur, quia dignitas domicilii adjectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur.

Barbosa.

l. 8. Cod. de Incolis.

l. 11. ff. de Senatoribus.

167. Episcopus potest suum familiarem non subditum ordinare servatis certis conditionibus ex Trident.

Cæterùm his tribus modis proprietatis, ut sic loquar, & subjectionis, qui in jure communi exprimentur, ut vidimus, adjungi solet ex privilegio seu consuetudine quartus modus, nempe familiaritatis, ratione cujus olim licitum erat Episcopis ordinare suos familiares, quàmvis aliis dictis modis sibi non subditos; & adhuc licitum est, servatis certis conditionibus, à Tridentino appositis sess. 23. cap. 9. de Reform. subsequentis tenoris: Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium, quacumque fraude cessante, statim ipsa illi conferat, consuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

An omnis Episcopus.

Canc. Trid.

Examinemus singulas condiciones. Episcopus, inquit, familiarem suum. Nunquid omnis Episcopus? Patet, quòd non, ex eodem Concilio sess. 14. de Refor. c. 2. ibi: Nemo Episcopo- rum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius diocesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis Ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii, sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continue commensalitatatis sue, absque sui proprii Prælati expresso consensu, ac litteris dimissoris ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promovere seu ordinare valeat.

168. Quid Trid. intelligat per ly Familiarem suum.

Ex quibus verbis etiam colligitur, quid Tridentinum intelligat per ly Familiarem suum, scilicet continuum commensalem, id est, qui destinatus ad aliquod certum obsequium, ejus impensis alitur, etiam si portionem suam accipiat in pecunia, vel eam habeat extrà domum, dummodo tamen in eodem loco commoretur; si enim absens fuerit in regione remota, estò Episcopi sumptibus vivat, non potest ab Episcopo ordinari, sine dimissoris litteris proprii. Ratio; quia Episcopus in hoc casu nequit mores illius famuli nosse, ad quam tamen notitiam hoc triennium præfixum est.

Ex qua utriusque ratione videtur sequi; quòd in casu proposito sint idem familiaris, & domesticus commensalis, id est, qui alitur expensis Episcopi in eadem domo; illius enim mores optime nosse potest, secus ejus, qui habitet in alia domo.

Accedit responsum Bonifacii octavi cap. fin. de verb. signif. in 6. ibi: Verùm quia dicitur, quòd Clericorum tuorum appellatione debeant commensales respondemus oraculo, quòd illos in his & similibus casibus tuos volumus intelligi Clericos, qui per te non quæsit propterea vel recepti sine fraude & jure qualibet, verè tus Clerici familiares existant, & in tuis expensis continue domesticus commensales, quos (aliàs, aliquos) pro tuis generis negotiis adesse contingat. Ergo appellatione Clericorum tuorum, solum veniunt Clerici habitantes in eadem domo, quàmvis subinde abint pro generis negotiis Episcopi vel etiam proprii, ut notat Gloss. verb. Pro tuis. Ergo cum peccat Tridentinum ut sit suus familiaris, requiritur ut in eadem domo degat.

Sed dicendum est, inquit Sanchez c. 1. de Ord. dub. 20. n. 23. id non requiritur sed in casu familiarem esse, qui in obsequio Episcopi intrà vel extrà domum, ejus Episcopi impensis alitur. Pro hac parte est Panormitanus cap. in litteris de Testibus, n. 5. ubi dicit, quòd familiaris est latior vox, quàm domesticus; & cap. cum dilectus de Clericis non res. n. 4. ubi hæc dicit: Existentes in servicio aliter dicuntur sui familiares; & Mandolus Reg. p. 1. Cancell. q. 10. ubi inquit, familiares sunt, qui alicujus servitio se deputant ab illius alimentis pendentes.

Nec obstat cap. fin. de verb. signif. in 6. quia quoad illum casum intelligit illud per Tuos Clericos; secus in hoc casu. Item, quòd triennium illud datur à Tridentino, ut Episcopus norit mores familiaris: at optime cognoscet, quando continue in suo servitio alitur, licet in alia domo habitet. Hæc ille, citans hæc alios Auctores pro hac sententia.

Et quidem si auctoritate Doctorum negotiorum indubiè prævalet, & tuta est in praxi. Vide Barb. supra n. 45. & 46. Interim certum hæc est, quòd Episcopus melius possit cognoscere mores familiaris, qui in eadem, quàm qui in alia domo habitat; sed quòd Tridentinum requirat illud triennium, ut optime cognoscatur mores familiaris, unde collat & Responsum sicut ergo Tridentinum illud triennium, ut absolute possit cognoscere ejus mores, ne forte indoneum promoveret; ad illam notitiam non est necessarium, ut habitet in eadem domo.

Quantum ad cap. fin. Nota hæc verba: in his & similibus casibus, ubi Gloss. verb. Similibus inquit: Pone conceditur ei privilegium, ut cum Clericis suis super pluralitate beneficiorum curatorem dignitatum dispensare possit: vel eis conferre sua

vacaturus vel similia. Et bene dicit in his & similibus: quia in aliis casibus dissimilibus appellatio Clericorum omnes subiectiones Clericos comprehendit supra eodem: Cum tibi. Et potest esse ratio: quia hic de privilegio loquitur odioso, quia per primum tollebat jus seu potestas conferendi beneficium ei, ad quem ordinatio iure spectabat; per secundum minuitur cultus divinus, & non deservit Ecclesia, recipit stipendium, ergo bene ambiciosa & restringenda sunt talia indulta supra eodem libro de Præbendis: Quamvis, i. quod non est in decr. Cum tibi. 10. And.

Loquitur in materia ambiciosa

Loquitur ergo hoc jus in materia ambiciosa, scilicet beneficiaria; sic enim incipit: Sicut nobis significare curasti, tibi gratiosè concessimus, ut beneficium Clericorum tuorum cedentium vel decedentium possis conferre, quodque idem Clerici præbendarum suarum fructus percipiunt, ac si in suis Ecclesiis personaliter residerent. Verum &c. Porro indulta ambiciosa, ut bene notat Glossa, tanquam odiosa restringenda sunt; & ideo non extendenda hæc appellatio, Clericorum tuorum, ad appellationem, Familiaris sui, in materia gratiosa, uti est collatio Ordinum (per quam augetur cultus divinus) & potestas conferendi Ordines in hoc casu, per quam non tollitur jus seu potestas conferendi Ordines ei, ad quem Ordinatio iure spectabat.

Et nota; quamvis Tridentinum sess. 14. de Refor. c. 2. meminerit continuæ commensalitatatis, & per eam videatur explicare familiaritatem; non tamen meminit domesticæ commensalitatatis, quæ plus videtur importare, quam simplex commensalitas. Placet itaque communis sententia.

172. An per familiaritatem hic intelligatur etiam familiaritas familiarium Episcopi Mandatus Sanchez. Odradas.

Intelligitur quoque familiaris familiarium Episcopi, qui ejus expensis alitur, ut docet Sanchez cap. 1. de Ord. dub. 20. n. 24. dicens: Pro hac sententia est Mandosus Reg. 3. Cellulariæ qu. 16. ubi dicit, familiares familiarium Cardinalium, frui privilegio familiarium Cardinalis, & Salicetus l. 2. Cod. de Episc. & Cler. nu. 5. ubi dicit, quod si Papa reservavit omnia beneficia suorum familiarium, censetur reservare beneficia familiarium illius, qui est familiaris Papæ; quia serviendo familiari Papæ, dicitur etiam familiaris Papæ. Et Odradas Consil. 11. ubi dicit, quod si de proventibus Hospitalis non debetur decima, non etiam debetur de proventibus Hospitaliorum; qui Hospitalibus deserviunt; & tenet quidam Doctor Salmantinus in Annotat. sup. Trident. ita tamen ut omnis fraus cesset, nec Ordinum occasione plures familiares Episcopus admittat, cap. fin. de Verb. signif. in 6. Gloss. cap. 20. verb. Fingito. de Temp. Ordin. in 6. & videtur clarè tenere Henriquez lib. 14. de Irregular. c. 17. nu. 3. in Commento lit. Y. ubi dicit, non posse ordinari famulos familiaris Episcopi, quando non Episcopi expensis aluntur. Hæc tenet Sanchez. Atque hæc satis pro intellectu istorum verborum: Episcopus familiarem suum.

Menig.

Sequitur prima conditio (quæ ante Tridentinum non erat requisita, & per consequens nec hodie requisita est, ubi Tridentinum non est receptum) scilicet: Nisi per triennium secum fuerit commoratus. Intellige triennium continuum, ut patet ex Concilio Trid. cap. 2. sess. 14. de Refor. ibi: Etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatibus suis. Et quæ communis sententia, quam tenet Barb. supra n. 47. cum Aliis, quos citat.

173. Triennium hic commoratoris debet esse continuum.

Sufficit tamen, quod hujusmodi triennium ineperit, antequam fuisset Episcopus, ut decisum referunt plures Auctores apud Barbos. supra in Collect. c. 9. n. 9.

Alteram conditionem exprimitur his verbis: Et beneficium, quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat. Sed quod beneficium? Nunquid sufficit simplex & tenue?

174. Sufficit quod Episcopus conferat beneficium simplex & tenue, ut conferat minores Ordines: secus majores.

Respondet; planè sufficere ad conferendam primam Tonuram; & minores Ordines quoque etiam, secundum Doctores communiter, concernit hoc Decretum Concilii. Porro ad majores Ordines requiritur tale beneficium, quod ordinando ad victum honestè sufficiat, nisi alius titulus congruæ sustentationis suppleat defectum.

Probatur; quia eo sine videtur Concilium hanc conditionem apposuisse; ut evitaretur Ordinatio familiaris, qui cessante familiaritate, quod facillè contingere potest, non habet unde honestè vivere possit; sicuti ergo in non familiari requirit tale beneficium, aut alium titulum, ut possit ordinari à proprio Episcopo sess. 21. c. 2. de Refor. de quo alibi latius; ita non mirum, si idem in familiari requirit, ut ordinetur ab Episcopo, cujus est familiaris.

Probatio.

Quod autem sufficiat alius titulus, v. g. patrimonii vel pensionis, referunt decisum à Cardinalibus, si Episcopus ita judicaverit expedire pro necessitate aut commoditate Ecclesiæ, juxta Trident. sess. 21. de Refor. c. 2. ibi: Patrimonium vero, vel pensionem obrimentes, ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum.

175. Sufficit alius titulus.

Et modò certè ac particulari Ecclesiæ adscribantur, ubi suo munere fungi debeant, juxta Trident. sess. 23. de Refor. c. 16. ibi: Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis Ecclesiis; Sancta Synodus, vestigiis sexti canonis Concilii Chalcedonensis inherendo, statuit, ut nullus imposterum ordinetur, qui illi Ecclesiæ aut pro loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribitur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus.

Rogas, an etiam Episcopus in his casibus possit cum suo familiari dispensare quoad temporum interstitia? Congregatio Concilii censuit posse, si necessitas aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi illud exposcat, juxta Tridentinum eadem sess. c. 11. & 13.

176. An tunc possit dispensare Episcopus quoad interstitia.

ffff Sed

An sufficiat beneficium simplex in aliena Diocesi. Sellius. Barboza.

177. Quid intelligat Trident. hic per ly. Siquis.

l. 3. Cod. de Errate Ad- voc.

l. fin. Cod. de Iud.

178. Limitatio eius quod haecenus dictum est. Conc. Trid.

Suspensus à proprio Episcopo nequit ratione familiaritatis ab alio ordinari.

Sed nunquid sufficit aliquem obtinere in aliena diocesi beneficium simplex? Congregatio Concilii censuit sufficere, quod beneficium sit simplex. Quod autem in aliena diocesi ibi non dicitur. Sed Sellius supra c. 19. n. 17. attestatur (ut refert Barb. in Collect. supra n. 12.) non sufficere, fuisse decisum sub die 22. April. 1657.

Restat explicanda illa particula: Statim. Nam Vasquez disp. 243. nu. 49. hoc modo illam explicat: Ut statim, inquit, beneficium aliquod sine fraude ei provideat, nimirum quamprimum vacaverit, ne postea mendicare cogatur. Hæc ille.

Sed Alii, juxta quasdam S. Congregationis Declarationes, & Romanæ Rotæ decisiones, volunt debere intelligi intrâ decem dies. Refertur etiam Declaratio Cardinalium, quæ ait, non satisfecisse Episcopum huic decreto, per collationem beneficii, illi factam infra annum, & in undecimo mense post datam Tonsuram.

Ne ergo Episcopus exponat se periculo, diutius quàm par est, expectandi, non posset ordinare suum familiarem, nisi vacante jam beneficio, quod ei ita statim, id est, intrâ paucos dies, possit conferre; argumento leg. Sententis, 3. Cod. de Errore Advocat. ibi: Neque causa palam ex continentis, id est, triduo proximo contradixisse.

Et leg. fin. Cod. de Judiciis ibi: Alio autem, id est, intrâ triduum proximum sine ulla dilacione.

Quæ jura, quamvis fortè non obligent in hoc casu cum omni rigore, propter decisiones Cardinalium; tamen satis insinuant non debere ad multos dies, vel annos, sicut posset contingere in sententia Vasquezi, differri collationem beneficii; ne per annos integros cogatur postea mendicare, quod absolute repugnare videtur menti Concilii Tridentini.

Cæterum quod haecenus dictum est, scilicet quemlibet Episcopum proprium posse ordinare suum subditum respectivè, intelligendum venit, salvo decreto Concilii Tridentini (ubi illud obligat) sess. 24. de Refor. cap. 1. ibi: Et, cui ascensus ad sacros Ordines à suo Prælato, ex quacunque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extra judicialiter fuerit interdictus; aut qui à suis Ordinibus seu gradibus vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Prælati voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus & dignitates, sive honores, restitutio suffragetur.

Quod decretum videtur habere hanc vim, ut qui per originem subditur uni Prælati, & ab eo est sic inhibitus vel suspensus, non possit ab alio ratione familiaritatis, aut alio ex dictis titulis ordinari. Immo ut nec etiam à Pontifice aut ejus Legato licentiam possit obtinere; nisi scilicet exponat illud impedimentum, aut per viam recursus à proprio Prælati reclamet seu appellet, & ita ab hujusmodi Superiore ma-

jori, ad quem appellavit, habitetur. Ita Averis q. 3. lect. 6. §. Statut. etiam.

Sed nullum citat Auctorem; neque ego aliquem potui invenire. Interim ratio videtur esse, ne alioquin sæpius interdictio illa, frustraretur suo effectu, per recursum ad alium Episcopum. Et certè ad quid interdictio, si solum afficiat ipsum interdicentem, & non possit alios Episcopos? Nam sine ea Episcopus post suo subdito ex rationabili causa negare Ordines, & in prohibitione sua dispensare, aut verius, quando placuerit eam tollere; ergo illa inhibitio concernit alios Episcopos, qui alioquin alio titulo possent eum ordinare.

Sed quid si Episcopus subditum, prædictis omnibus qualitatibus requisitis, injustè repellat? Potest (inquit Sanchez supra n. 27.) Legatus de latere Nuntius Apostolicus, per appellacionem aditus, committere viciniori Episcopo, ut si repererit eas necessarias quibus in eo concurrere, dimissoras literas ei concedat, ut à quocumque Episcopo suæ Legationis ordinetur; & ab eodem Reverendis concordante, vel ab alio tunc ordinari poterit. Ratio, quia Legatus à latere in provincia suæ Legationis omnia potest facere, quæ illius provincie Præful ordinarius, sive Episcopus, sive Archiepiscopus, aut Patriarcha, de potestate à se concessa, vel per consuetudinem quælibet potest. Hæc ille, citans alios Auctores.

Notat præterea idem Auctor nu. 19. non alios, quos citat; quando Episcopus proprio manifestè est suspensus, eò quod ordinari Clericos, absque licentia proprii Episcopi, tunc posse Clericos, & ejus subditos, ordinari absque ejus licentia à vicinis Episcopis; sed quando ob alias causas suspensus fuerit. Et habetur cap. 2. de Temp. Ordin. in 6. ibi: Clerici quoque Parochia taliter suspensum, postquam una suspensio fuerit manifesta, absque ipsorum licentia, interim recipiendi Ordines ab alio vicinis Episcopis, alias tamen canonice, liberam concordiam tractantem. Ita Greg. X. in Generali Concilio Lugdunensi.

Ait: Clericis, id est, ininitatis saltem tonsuræ; secùs laicis, quia non subest tanta necessitas, ut laicus ordinetur, quanta ut Clericus ascendat ad superiores Ordines.

Quòd autem loquatur de Episcopis suspensis, propter Ordinationem Clerici alieni, patet ex priori parte illius juris: Eos qui Clerici in diocesi aliena absque Superioris ordinandorum licentia &c. præsumperint ordinare, per excessum à collatione Ordinum decernimus esse suspensos.

Hinc Gloss. verb. Taliter: Quia scilicet ordinaverunt Clericos alienæ diocesis; & per hoc dictum, quod secus erit in aliis casibus, in quibus hoc non expressè est expressum. Et addit: Habet autem equitatem hæc poena, ut si, ut alienos sine licentia ordinaverint, sui sine licentia ordinentur.

Rogas, quomodo suspensio debet esse inter-

Quomodo nifesta? Respondet Gloss. verb. Manifesta. Per
lupenitio evidentiā facti (quia videlicet manifestē Episcopus ordinavit alienos sine licentia proprii)
debet esse manifesta. vel quia est juris notorium (quia scilicet est convictus vel confessus in iudicio) alias in dubio à proprio Prelato non recedent.

Notat præterea Glossa verb. Vicinis Episcopis, illam Ordinationem debere fieri in sua diocesi, Quia, inquit, non intrabunt absque sua licentia parochiam suspensi, ut credo secundum Gul. Dicunt autem quidam, non posse Archiepiscopum vicinum ordinare in hoc casu, quia textus dicit: Ab Episcopis vicinis, & non venit Archiepiscopus nomine Episcopi, nisi in propria diocesi. Sic Francus eodem c. 2. n. 7. Anchar. ibi notab. 4. Ioan. Andr. ibi.

Sed Dominicus ibi §. Clericis, dicit, fortè posse sustineri contrarium; quia appellatione Episcopi venit etiam Archiepiscopus 6. q. 4. c. 1. & notat Gloss. c. Quia periculosum, de Sentent. Excom. in 6. verb. De Episcopis. ubi sic ait: Non est superiorem Ordinem Episcopo reperire, & ob hanc causam Papa se vocat Episcopum: unde eo ipso quod de Episcopis exprimitur, veniunt Superiores, quia non inspicimus dignitatem, sed officium Pontificale. Et hoc magis mihi placet, inquit Sanchez supra.

182. Quid ni & nobis magis placeat? Quippe nulla omnino apparet ratio, concedendi illam potestatem magis Episcopo vicino, quàm Archiepiscopo vicino, & aliunde Archiepiscopus vicinus revera est Episcopus vicinus, & fieri potest, ut ipse sit maximè vicinus; cur ergo Concilium ei negasset, quod concessit Episcopo? Igitur in hoc casu non solum Episcopus, sed etiam Archiepiscopus vicinus potest conferre Ordines non subdito, absque licentia proprii Episcopi, quæ alioquin per se loquendo foret necessaria.

Sed nunquid licentia proprii sufficit? De hac licentia, & ejus sufficientia instituitur

CONCLUSIO VI.

Episcopus proprius, per se loquendo, potest Clericis sæcularibus, sibi subditis, concedere literas dimissorias.

183. Intelligitur hæc conclusio de Episcopo proprio quocumque ex quatuor modis; Conclusionem præcedenti explicatis; & probatur ex Concilio Tridentino sess. 23. de Refor. c. 3. sequentis tenoris: Episcopi per semetipsos Ordines conferant; quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos, non aliter, quàm iam probatos & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant. Ubi generaliter loquitur de omnibus Episcopis, quibus competit per semetipsos conferre

Ordines, uti sunt omnes Episcopi proprii quocumque ex quatuor modis, Conclus præcedenti explicatis.

Et licet signanter exprimat impedimentum aegritudinis; tamen eadem est ratio & dispositio Concilii, secundum communem intelligentiam Doctorum, de quacumque rationabili causa.

Igitur non possunt Episcopi concedere dimissorias, nisi ex rationabili causa, & ob legitimum impedimentum, quando vel simpliciter vel commodè per semetipsos nequeunt Ordines conferre. Et oportet, ut illa causa in literis exprimitur; argumento cap. 1. de Temp. Ordin. in 6. ibi: Per eius (Episcopi) patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit aut nequeat ordinare.

Quod etiam expressis verbis statuit Trident. sess. 7. de Refor. c. 11. quod sic sonat: Facultates de promovendo à quocumque, non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimentam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residenti, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prævio examine. Ubi licet Concilium loquatur de facultatibus concessis à Pontifice, non ab Ordinariis, quæ appellantur literæ dimissoria; tamen eadem est ratio de his literis, & ideo à Doctoribus communiter hoc decretum ad illas extenditur.

Ac proinde docent; non obstante prævio examine proprii Episcopi, quod est necessarium, ut patet ex Tridentino supra sess. 23. c. 3. & exprimentum in literis, ut dicitur eadem sess. c. 8. ibi: Vniquisque autem à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cuiusvis generalis aut specialis rescripti vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus, permittatur, nisi eius probitas ac mores Ordinarius sui testimonio commendentur; equidem dimissum iterum examinari posse ab Ordinario, ad quem dimittitur, si ipse examinare voluerit.

Ita declarant Cardinales sub hac forma verborum: An Episcopus ordinans alienos subditos sæculares cum dimissorias proprii Episcopi, asserentis eos examinatos fuisse, & idoneos repositos, teneatur huiusmodi attestationsi deferre, vel etiam possit eisdem ordinandos examinare. Congregatio respondit, esse arbitrarium, & ideo posse, sed non teneri.

Deinde circa examen, faciendam à proprio Episcopo, Censuit Congregatio in casu, quo aliquis fuerit absens per plures annos ab Ordinario, ita ut illum commendare de vita & moribus non possit sufficere literas dimissorias Ordinarii, quæ continentur, quod ordinandus non sit excommunicatus vel contumax; sed de legitimo progenitus parentibus; infirmitas verò de vita & moribus habenda est ex loco, in quo fuit versatus.

Item: Episcopus, qui à sua diocesi abest, debet subditos suos, non aliter quàm probatos & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittere, sicut

Ffff 2

184. Episcopi nequeant concedere dimissorias sine rationabili causa, in literis exprimentam cap. 1. de Temp. Ord.

Conc. Trident.

185. Episcopus ad quem dimittitur potest tunc examinare.

Ita declarant Cardinales.

186. Notabile circa examen, faciendum à proprio Episcopo.

An vicini Episcopi debeant facere illam Ordinationem in propria Diocesi.

Francus. Anchar. Dominicus.

182. An Archiepiscopus vicinus potest conferre.

183. Probatur Concl. ex Trident.

Et suas litteras dimissorias dare, & ordinandos sub-
incere suo examini, si illi sibi videbitur: & si absen-
tes sint, ad se, ut ipsos examinet, vocare, si commodum
erit: alioquin eorum examen committere poterit Or-
dinario loci, in quo illi degunt.

187.
Creditor
litteris Epi-
scopi pro-
prij. asse-
rentis esse
examinatos
&c
Sanchez.

Porro creditur literis Episcopi, asserentis
esse legitimos & examinatos &c. ut docet San-
chez supra n. 10. Et ratio est; quia hoc non est
in alicujus prejudicium, non creditur illis, sed
major probatio requiritur. Unde si Episcopus,
virtute privilegij Papæ, exerceret Pontificalia
in aliena diocesi, cum hoc fiat in proprii Epi-
scopi prejudicium, oporteret ut ordinati reti-
neant privilegij exemplum, aliàs non creditur
illis. Et si quis veniens de longinquo cum lite-
ris sui Episcopi, negetur esse is, de quo in lite-
ris fit mentio, assertioni ejus creditur, & præ-
sumitur esse idem. Ita Sanchez cum Aliis, quos
citat.

188.
si id non
expunatur
tenetur
Episcopus
ordinans
eum exami-
nare. ex
cap. 27. de
Verb. in 6.

Et num. 11. idem Auctor norat, quod si in
litteris dimissoriis dicatur: *Dummodo atatis &
litteraturæ sufficientis, aliàs si idoneus repertus fuerit,*
tenetur promovens eum examinare, & aliàs de
sufficientia inquirere; argumento cap. Si Epi-
scopus. 37. de Præbendis in 6. Si Episcopus, cui
nullis personis expressis in genere commissis, ut vice
sua Ordines in tua diocesi celebraret, ad sacros Ordi-
nes promoveret quempiam, titulum non habentem, ei
(cum in culpa fuerit taliter ordinando eundem) tene-
bitur vita necessaria ministrare, donec sibi per eum vel
alium de competenti beneficio sit provisum. Si verd
certas commissis eidem ordinare personas tu (qui pro-
videre hoc casu, an habeant titulum, debuisti) taliter
ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit,
obligatus existis. Eis autem, quibus à Diocese, anis
datur licentia, ut possint à quo voluerint Episcopo ad
omnes sacros Ordines promoveri: non qui ordinant,
sed qui tribuunt licentiam (cum eam dare non de-
beant titulum non habenti) ad præmissa, si titulum
non habeant, obligantur.

Ubi Glossa in expositione casus: *Hodie, in-
quit, Episcopi dant istas litteras licentia, non facta
fide de titulo Ecclesiastico; sed ipsi in litteris suis fa-
ciunt mentionem: dum tamen vobis consenserit de ti-
tulo Ecclesiastico sufficienti, consensientiam nostram ex-
onerando.* Et tunc indubie ordinans tenetur or-
dinandum de titulo examinare, quod si non
fecerit, & ordinaverit sine titulo, tenetur de
necessariis ad vitam ei providere.

189.
Diligenter
inspicenda
sunt litteræ
dimissoriae.

Itaque diligenter inspiciendæ sunt litteræ
dimissoriae; si enim sunt speciales, nempe ut
possit à tali Episcopo ordinari, tunc si ab alio
ordinetur, perinde est in omnibus, ac si ordi-
naretur absque literis dimissoriis, quia nullam
facultatem ad hoc habuit: unius enim com-
missio, alterius censetur exclusio; arg. cap.
Nomine, 5. de Præsumpt. ibi: *Duo quippe ei illata
fuerunt, unum negavit, alterum tacendo concessit.*
Ergo etiam qui unum concedit, alterum ta-

cap. 5 de
Præsumpt.

cendo negat. Accedit lex: *Cum Præter, l. 1. ff. de Judiciis in principio: Cum Præter unum et pluribus iudicare velis, ceteris id committere videtur.* Ergo cum uni ex pluribus committit, ceteris id negare videtur.

Præterea; quando conceduntur generaliter, ut ordinetur à quocumque Anistite, gratiam & communionem Sedis Apostolicæ habente, ut semper solent concedi; si Episcopus fuerit excommunicatus, suspensus, interdictus, hereticus vel schismaticus, non potest quis ab illo ordinari; quia talis Episcopus non dicitur habere gratiam & communionem Sedis Apostolicæ; argumento cap. *Quod Sedem, l. c. de Offic. Ord. ibi: Consultationi tua taliter respondens, quod in tali articulo constituto, & tua vice (sicut dictum est) tibi committere licet, & consensum munus debet ab eo consecrationis accipere, tu ad id exercis commendandas: dummodo Catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione quæ Apostolica Sedis non obstat.*

Ubi Glossa verb. *Gratia: Id est, si non intercommunicatus, vel suspensus, vel schismaticus, talis non potest ordinare vel ordinari, ut supra dicitur. Quia diligentia &c. huiusmodi enim parva non conferunt executionem.* Unde si ab illo ordinetur, perinde est ac si sine literis dimissoriis ordinaretur; quia ad illum non est dimissus hic ordinatus. Ita Sanchez supra nu. 6. cum Rebelli quem citat, Praxi benefic. de lit. dimiss. nu. 4. & tit. de formula lit. dimiss. n. 4.

Sed quid dicendum est (interrogat ille Sanchez n. 7.) si in litteris dimissoriis tantum concedatur licentia promovendi à quocumque Antistite, in propria diocesi residentis, non ob-
men additum sit; Vel alio, pro eo qui Pontificalia exercens?

Respondet n. 8. non posse ordinari ab illo pro eo ibi Pontificalia exercente. Ratio quæ proprius Episcopus non concessit illam potestatem. Et sic videtur expressè decretum in eadem Declaratione Cardinalium ad Tridentinam ubi sic dicitur: *Episcopus in aliena diocesi licentia Ordinarii loci non potest ordinare, nisi per ipsam illi subdatus, nisi habeant dimissorias generaliter à proprio Ordinarii.*

Unde non obstat huic doctrinæ Tridentinæ sess. 7. de Refor. c. 11. ibi: *Et tunc non ordinetur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residente, aut per eo Pontificalia exercente; quia loquitur de habente generalem facultatem, ut patet ex principio capituli: Facultates de promovendo à quocumque Antistite.* In casu autem proposito facultas est restricta ad Episcopum, in propria diocesi residentem.

Nihilominus oppositam sententiam docet Ledesma in Sum. to. 1. de Sacramento Ordinis cap. 8. conclus. 4. dist. 7. dicens, *valere licentias æquivalere generalibus.* At verò Anthonis hic q. 3. lect. 9. 6. *Quando autem, dicitur concedendum, inquit, est: Si Episcopus, in aliena diocesi habuerit ab illius Ordinarii licentiam*

tiam ordinandi tantum aliquem vel aliquos particulares: tunc quidem virtute hujus solius licentia non posse ordinari alios extraneos, sed nec etiam ullos subditos proprios ejusdem Episcopi, in eo loco ordinantis, sicut nec alios subditos ipsiusmet Episcopi, in cujus diocesi sit Ordinatio: quia plane illa licentia non ad plures extenditur, quam ad eos, pro quibus concessa est.

Si autem habuerit licentiam seu rogatus fuerit, ad faciendas pro illo generales Ordinationes: tunc sane poterit quoque ab eo ibi ordinari, tum proprii subditi, tum alii exteri, habentes illud diploma, vel illas literas; quia licet in illis dicatur; *A quocumque Antistite in propria diocesi ordinante*, pro eodem habetur alius Episcopus, de ipsius Antistitis auctoritate ibi pro eo generaliter ordinante. Et hoc est conformem menti & verbis Concilii Tridenti, sess. 7. cap. 11. de Refor. dicentis: *Non ordinentur nisi ab Episcopo, in sua diocesi residente, aut pro eo Pontificali exente: & loquitur expresse de iis, qui habent facultatem, ut à quocumque promoveri possint.* Hæc ille.

Respondeo; plane loquitur de iis, sed hic non est casus propositus. Quis ergo? Casus propositus loquitur de iis, qui habent facultatem, non ut à quocumque promoveri possint, sed à quocumque, in propria diocesi residente. Probandum ergo superest, illas facultates æquivalere, quod ex Concilio Tridentino diffculter faciet Averfa. Posset servire Reg. Juris 72. de Reg. Juris in 6. *Qui facti per alium, est perinde ac si facti per se ipsum.* Proinde qui ab Episcopo, habente generalem potestatem ordinaretur, perinde esset, ac si ab Episcopo, qui potestatem dedit, ordinaretur, adeoque ab Episcopo in propria diocesi residente. Sit igitur & hæc sententia probabilis.

Denique oportet in literis dimissoriis attendere, qui Ordines exprimantur; quia concedendo recipi Ordines minores, vel Ordines absolute; non comprehenduntur Ordines sacri, inquit Sanchez supra n. 9. citans Salzedo super Pract. crim. & Rebusum Prax. benef. tit. de formula lit. dimiss. n. 5.

Sed nullam addit probationem ex jure, vel ratione; & ideo non placet, quantum ad secundam partem; nam si solum exprimantur minores Ordines, facile concessero, & omnes alii meum admiserint, non posse promoveri ad majores cum nullo jure ostendi possit, & rationi repugnet, quod majores Ordines comprehendantur sub minoribus, bene è converso minores Ordines sub Majoribus; quia, ut communiter dicitur, qui potest majus, potest & minus, non autem vice versa, qui potest minus, potest & majus.

Verumtamen sub *ly Ordines*, absolute positum, non comprehendit Ordines majores, haud facile credidero, nisi jure aliquo positivo

videro expressum, quod jus cum Sanchez non afferat, displicet ejus sententia quoad hanc partem; præsertim cum scriptum sit: *Beneficium Imperatoris, quod à divina scilicet indulgentia profiscitur, quam plenissime interpretari debemus, leg. 3. ff. de Constit. Principum.* Porro, interea dimissoria sunt beneficium Principis, scilicet proprii Episcopi; cur ergo *ly Ordines*, absolute positum in illis literis, restringi debeat ad Ordines minores? Expectabo à doctioribus aliquod jus positivum, vel rationem.

Interim ex eodem principio, quia videlicet litteræ istæ sunt beneficium seu gratia Principis, absque alicujus præjudicio, sequitur; eas non expirare morte concedentis, etiam re integrâ, neque per electionem novi Episcopi, quousque ab eo fuerint revocata, sicuti possunt revocari re integrâ, etiam ab illo, qui eas dedit.

Est communis sententia, fundata in jure, cap. 1. de Reg. Juris: *Omnis res per quas causas nascitur, per easdem dissolvitur.* Cap. 1. de Constit. in 6. *Licet Romanus Pontifex (qui sursum in sermo peccatoris sui censetur habere) constitutionem concedendo posteriorem, priorem (posteriori directè contrariam) quousque de ipsa mentionem non faciat, revocare censatur &c.*

Et cap. 9. de Offic. & pot. jud. deleg. in 6. sequentis tenoris: *Si super gratia cuiquam ab Apostolica Sede facta, executores fuerint deputati, æquum esse censemus, ut sicut ipsa gratia (licet nondum sit in eius executione processum) morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integrâ perimatur executoribus data potestas &c.*

Cumque hæc gratia, de qua in presenti tractamus, sit actus jurisdictionis, & non Ordinis, liquet profecto, eam fieri posse ab Episcopo nondum consecrato, electo tamen & confirmato cap. Transmissam 15. de Elect. ibi: *Respondemus igitur, quod ex quo electionis tue confirmationem accepisti, de talibus & confirmatis (præter ea, que maioris inquisitionis discussionem exigunt, & ministerium consecrationis desiderant) quod iustum est, & Ecclesiastica convenit utilitati, statuendi habeas liberam facultatem.*

Ubi Gloss. verb. *De talibus*: *Sæpius pertinentibus ad jurisdictionem, puta sicut est iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à vasallis, confirmare, investire, beneficia conferre & confirmata, qua consistunt in jurisdictione.* Ergo etiam concedere literas dimissorias.

Dixi; *Electo tamen & confirmato*; quia ante confirmationem non potest; argumento cap. jaro citati, ibi: *Ex quo electionis tue confirmationem accepisti.* Et cap. 9. eodem: *Noti quomodo Lincon. electus concedit honores vel prebendas aut aliis disponendi de rebus Ecclesie (cum sua non sit electio confirmata) non habeat facultatem.*

Hinc Sanchez supra n. 32. Si Episcopus, inquit, nominatus à Rege, antequam à Papa confirmetur, daret literas dimissorias, vel alia,

Ordines majores.

l. 3. ff. de Constit. Princ.

195. Litteræ dimissoriae non expirant morte concedentis.

cap. 1. de Reg. Juris. cap. 1. de Constit. in 6.

cap. 9. de Offic. & pot. jud. deleg. in 6.

196. Episcopus nondum consecratus potest dare literas dimissorias. cap. 15. de Elect.

197. Debet esse confirmatus. cap. 9. de Elect.

Concl. Trid.

193. Iudicium auctoritatis.

Reg. 72. de Reg. Juris in 6.

194. Oportet in literis dimissoriis attendere, qui Ordines exprimantur. Sanchez Salzedo. Rebusum.

An sub *ly Ordines*, absolute positum comprehendantur.

quæ ad Episcopum pertinent, exerceret, vel si fructus receperit, etiam ex nominantis permissione, quæ non potest juri canonico derogare, intrusus est, & jure privatus & inhabilis, cap. *Avaritia*, de Elect. in 6. ideo non valebit postea provisio Papæ illi facta, nisi faciat mentionem, quod fructus in vim solius nominationis receperit, & alios actus fecit. Sic Rebuffus supra n. 3. Hæc ille.

Rebuffus.

198.
Moveret
quendam
difficultas.cap. *Avari-
tiz* de Elect.
in 6.

Sed res non caret difficultate, quando exercet ea, quæ pertinent ad Episcopum, aut recipit fructus, nullo quæsito colore; quia jus allegatum solum loquitur de illis, qui ea faciunt quæsito colore. Hæc sunt verba juris: Nos latius providere volentes, hæc generali Constitutione sancimus: ut nullus de cetero administrationem dignitatis, ad quam electus est, priusquam celebrata de ipso electio confirmetur, sub Oeconomatibus, vel procuratoris nomine, aut alio de novo quæsito colore, in spiritualibus, vel temporalibus, per se, vel per alium, pro parte vel recipere, aut illis se immiscere presumat. Omnes illos, qui secus fecerint iure (si quod eis per electionem quæsitum fuerit) decernentes eo ipso privatos.

Ubi Gloss. verb. Privatos, inquit: Ipso iure, olim vero per sententiam: Nisi velis dicere, quod administrantes ut electi, nullo colore quæsito, privandi sint per sententiam per antiqua iura: administrantes quæsito colore privati sunt ipso iure, ut hic, quod satis mihi placet, ut evitetur correctio iurium, ut infra eodem: Cum expediat concordare iura iuribus & eorum correctiones (si suscipi valeant) evitari.

199.
An Archi-
episcopus
possit dare
dimissorias
subditis
Suffraganeorum.

Querunt etiam hic Aliqui; an Archiepiscopus possit dare literas dimissorias subditis suorum Suffraganeorum; nam quod subditis suis possit dare, non est dubium.

Respondeo; non posse, nam auctoritas Archiepiscopi circa subditos Suffraganeorum suorum, solum consistit in illis, quæ vel à jure communi specialiter ei demandantur, aut per appellationem devolvuntur ad ipsum, aut ei dum visitat competere dignoscuntur, extra quos casus nullam in subditos Suffraganeorum potestatem habet; argumento cap. *Pastoralis* 1. de Offic. Jud. Ord. ibi: Ad quod respondemus, quod Archiepiscopus ipsum (subditum sui Suffraganei) ad suscipiendam delegationem huiusmodi, compellere nequit invitum, cum in eum (exceptis quibusdam articulis) nullam habeat potestatem. Et cap. *Venerabilibus* 7. de sentent. Excom. in 6. in principio: Ceterum Rhotomagensi Archiepiscopo, vel eius Officialibus non licet excommunicatis ab Archidiaconis, vel aliis subditis Suffraganeorum ipsius Archiepiscopi (cum nec excommunicantium, nec excommunicatorum sint iudices) absolutionis beneficium imperari.

cap. 7. de
Sent. Excom.
in 6.200.
In iure non
invenitur
id et con-
cessum.

Porrò inter illos casus seu articulos, in quibus Archiepiscopi habent jurisdictionem in subditos suorum Suffraganeorum, nusquam in iure reperitur concessio dimissoriarum ad suscipiendos Ordines à non proprio Episcopo, ut

videre poteris apud Barb. de Jure Eccl. c. 7. n. 52. & seqq.

Imo cap. 3. de Temp. Ord. in 6. oppositum innuitur ibi: Cum nullus Clericum Parochia alienæ, præter Superioris ipsius licentiam, debeat ordinare, Superior intelligitur in hoc caso Episcopus, de cuius diocesi est is, qui ad Ordines promovetur delectus oriundus; seu in cuius diocesi beneficium obtinet Ecclesiasticum; seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. Jam autem in casu proposito subditus Suffraganei nec oriundus est de Archiepiscopi diocesi, nec in ea habet beneficium, nec domicilium; quo ergo jure Archiepiscopus daret licentiam suscipiendi Ordines ad Episcopo alienæ Parochiæ?

Sed nunquid idem dicendum de Legato Apostolico? Posse dimissorias ab eo dari, concedunt Graffius lib. 4. decil. c. 27. n. 27. & Cened. in Quæstion. præc. q. 38. n. 27. Negus Navarrus de Temp. Ord. consil. 27. Quare in hoc standum erit consuetudini. Ita Averis q. 3. sect. 7. §. *He littera*, in fine.

Equidem standum esse consuetudini, licet non ter admitto; sed Navarrum negare hanc potestatem, loco citato non invenio; immo potius oppositum, nam in summario illius Consilii sic dicitur: Legatus Reverendas quidem dare potest, etiam Sede vacante, sed non derogare sacro Concilio, intelligit Tridentinum.

Et in textu ipso ita scriptum habet: Secundo, quod pro ordinato & ordinante facta, quod Legatus potuit dare Reverendas, & deinde accedente testimonio idoneitatis Ordinarii vel Provisoris N. quod testimonium accessit dictum fuit, ut requirebatur.

Tertio, quod contra ordinatum & ordinatorem sicut, quod in Concilio Tridentino lib. 4. c. 8. de Refor. statuitur, non posse quemlibet ordinari virtute alicujus rescripti, nisi expressis probitas & mores Ordinarii sui testimonio commendentur. At in casu proposito non intervenit testimonium Ordinarii.

Nec prædest ei dicere; quod illud testimonium erat testimonium Ordinarii, quod id ad quod requirebat Legatus, cuius mens fuit, servare mentem Concilii, quæ fuit, ne quis absque consensu Ordinarii ordinaretur, ut clare colligitur ex eodem cap. 8. sed & expressè statuitur in cap. 10. ejusdem sess. ne Capitulum sede vacante det dimissorias, ne reputaretur quod licet intra annum Ordinarius.

Neque etiam juvat dicere; quod forte Legatus sciebat Ecclesiam Barchensem vacare, quia Legatus non potuit derogare Concilio, juxta Glossam singularem & receptam in cap. *Dilectus*, cum similibus, de Præbendis. Hæc usque Navar.

Ubi non disputat, an Legatus possit concedere Reverendas; sed quid juris sit, quando Legatus concedit Reverendas sede vacante.

& durante anno, cum testimonio idoneitatis à Provifore Capiti accepto; & refolvit, nihil juris effe; quia Legatus non potuit derogare Concilio Trident. quod requirit testimonium Ordinarii, & ftatuit, ne Capitulum quoad hoc intrà annum reputaretur Ordinarius. Ergo Legatus Apoftolicus fimpliciter non habet potestatem dandi dimifforias, non valet Confequentia.

Ad fummum enim fequitur; quòd ejus Reverendæ Sede vacante intrà annum, cum testimonio idoneitatis accepto à Capitulo, vel Provifore Capiti, nullum tribuant jus accipiendi aut conferendi Ordines, non defectu ipfarum literarum, fed debiti testimonii. Quod an verum fit, jam examino.

203. Jure communi conceditur Capitulo Sede vacante potestas dandi Reverendas, cap. Cum nullus, 3. de Tempor. Ordinationis in 6. ibi: Epifcopus autem in remotis agente, ipfius in fpiritualibus Vicarius generalis, vel Sede vacante, Capitulum, feu is, ad quem tunc temporis administratio fpiritualium noftitur pertinere, dare poffunt licentiam ordinandi.

Hanc potestatem fic limitavit Concilium Trident. fess. 7. de Refor. c. 10. Non liceat Capitulo Ecclesiarum Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam aut literas dimifforias seu reverendas, ut aliqui volant, tam ex iuris communis difpofitione, quam etiam cuiusvis privilegii aut confuetudinis vigore, alicui, qui beneficii Ecclesiastici recepti five recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedere. Si fecus fiat, Capitulum contraveniens Ecclesiastico subiacet interdico, & fic ordinari, fi in minoribus Ordinibus confituti fuerint, nullo privilegio Clericali, præfertim in criminalibus, gaudeant: in maioribus vero ab executione Ordinum ad beneficium futuri Fratrali, fint ipfo iure fufpenfi.

Quam pœnam mandat extendi ad alios quofcunque, in iurisdictione Epifcopi fuccedentes loco Capiti, Sede vacante, fess. 23. de Refor. c. 10. ibi: Penam quoque impofitam iis, qui contra huius Sanctæ Synodi sub Paulo III. Decretum (fess. 7. de Refor. c. 10.) à Capitulo Epifcopali, Sede vacante, literas dimifforias impetrant, ad illos, qui eafdem literas non à Capitulo, fed ab aliis quibusvis, in iurisdictione Epifcopi loco Capiti, Sede vacante, fuccedentibus, obrinerent (nifi occurrerent altera ex duabus conditionibus in Decreto Pauli III. expreffis) mandat extendi.

Dico; Nifi occurrerent altera ex duabus conditionibus, id est, nifi post annum, vel nifi concedantur beneficii Ecclesiastici recepti, five recipiendi occasione arctato; quippe cum fit extenfio prioris Decreti, quid ni etiam recipiat conditiones prioris Decreti? Non video rationem dubitandi.

Itaque post annum Sedis vacantis Capitulum potest concedere literas dimifforias ex difpofitione iuris communis fuprà allegati; quidquid aliqui referant in contrarium decifum,

fcilicet non ad Capitulum, fed ad Vicarium capitularem id pertinere; hæc, inquam, decifio non obftat; fiquidem Congregatio Cardinalium aut Epifcoporum nequit præjudicare juri communi; & aliunde etiam refertur decifum, Capitulum id poffe; hoc autem effe intelligendum per fuum Vicarium, nobis non fatis conftat, præfertim cum ex Tridentino id nullatenus poffit deduci.

Adde, decifum referrì, quòd Capitulum Cathedralis, non autem ejus Vicarium, in cafibus, in quibus eidem Sede Epifcopali vacante, licet per hoc Decretum dimifforias concedere, poffit etiam ex caufis, in Concilio expreffis, Ordinum interftitia remittere.

Igitur permaneat jus commune in fuo robore, cum nulla fit neceffitas illud infirmandi, & fcriptum fit leg. Præcipimus, 32. ff. de Appel. §. 6. l. 32. ff. de Quidquid autem hæc lege fpecialiter non videtur expreffum, id veterum legum, confitutionumq, regulis omnes relictum intelligant. Idemque dico de leunda conditione.

Si autem à me quaeritur, quis dicatur arctatus occasione beneficii recepti? Refpondeo; qui obtinet aliquod beneficium, requirens fervitium personale, ratione cuius de jure, confuetudine, privilegio, ftatuto Ecclesiæ, vel fundacione intrà annum tenetur fe promoveri facere, v. g. beneficium curatum, cui Ordo aliquis ita annexus est, ut tempore provisionis in eo conftitutus effe debeat, fed impetrans difpenfatus fuit ut, hoc non obftante, hujusmodi beneficium poffet obtinere; vel ubi in literis contineretur claufula: Non obftantibus aliquibus & c. per que effectus gratie noftre impediri valeat quomodolibet, vel differri, aut fimilis.

At verò arctatus occasione beneficii recipiendi ille dicitur, qui habet jus, feu est vocatus ad aliquod beneficium vacans feu Capellaniam, quæ tamen requirit actu certum Ordinem, quo ille caret; vel ille dicitur, qui cum non fit ordinatus primâ Tonsurâ, est præfentatus ad beneficium. Ita plures Auctores apud Barb. de Jure Ecclef. l. 1. c. 32. n. 127.

Docet autem Garcia de benef. p. 5. c. 7. n. 101. electum in concurfu ad beneficium curatum, cujus collatio facienda est à Papa, non poffe interim dici arctatum tam occasione beneficii recepti, quia illud tunc non habet, quam recipiendi, quia non requiritur actu Sacerdotium & c. & idem erit in præfentato ad aliquod beneficium feu Capellaniam, habens annexum certum Ordinem; ad quem illud obrinens tenetur fe facere promoveri. Hæc ille.

Et pariter refolvit n. 102. non dici arctatum occasione beneficii recipiendi illum, cui aliquis vult resignare aliquod beneficium, requirens actu Ordinem, quo ille caret, hoc enim est merè voluntarium & c.

Ex his fequitur Capitulum, Sede vacante, potest

potest dare dimifforias.

206. Quis hic dicitur arctatus occasione beneficii recepti.

207. Quis dicitur arctatus occasione beneficii recipiendi.

Barbofa.

Garcia.

208.

204. Extenfio illius limitationis.

205. Post annum Sedis vacantis Capitulum

Capitulum, sede vacante, intra annum potest concedere dimissorias ad 1. Tonsuram. *Barbosa.*

Ita declarantur Cardinales.

209. Reip. Garcia ad illam Decretum.

Rejicitur.

210. Capitulum intra annum vacationis potest dare testimonium idoneitatis.

& accedentibus Reverendis Nuntii Apostolici potest quis ordinari ab alieno, ex Sanchez.

posse dimissorias concedere intra annum ad primam Tonsuram ei, qui est presentatus à Patronis laicis ad beneficium Ecclesiasticum Iurispatronatus ipsorum, ut illud obtinere valeat. Vide Barb. suprà.

Quinimo Congregatio censuit, ut referatur in Declarationibus novissimè additis Conc. Trident. præfatum Decretum sess. 7. cap. 10. non comprehendere primam Tonsuram, estò plures Auctores apud Barb. in Collect. sess. 7. c. 10. n. 2. oppositum doceant. Et sanè in ipso textu nulla fit mentio Tonsuræ, sed tantum minorum & majorum Ordinum; cum autem sit pœnalis & correctorius juris communis, quid cogit eum extendere ad Tonsuram?

Adhærendum itaque puto Declarationi Cardinalium, estò non sit authentica, uti & infinitæ aliæ, ut sic loquar, quæ passim citantur ab Auctoribus in hac materia. Vnde quàmvis possimus illas sequi, tamquam doctrinales resolutiones, maxime quando in ratione & verbis legis fundantur; haud equidem tenemur post Decretum Urb. 8. de quo alibi egimus.

Respondet Garcia suprà n. 96. Declaratio intelligitur, quòd dictum Decretum non comprehendat primam Tonsuram, quoad pœnas ibi impositas contra ordinatos.

Sed contrà; si non comprehendat quoad pœnas, unde constat quòd comprehendat quoad prohibitionem? Et unde probatur, quòd magis comprehendat quoad pœnas impositas Capitulo, concedenti dimissorias, quàm quoad pœnas impositas contra ordinatos?

Quia, inquis, in principio cap. loquitur generaliter, & absolute dicit, quòd non liceat Capitulis infra annum ordinandi licentiam, aut literas dimissorias concedere: at verò in fine expressè nominat minores & majores Ordines.

Sed contrà; ideo in fine nominat seu specificat minores & majores Ordines, ut significet, illud Decretum etiam in principio non comprehendere, nisi Ordines propriè dictos, cum sit jus correctorium; alioquin cur non tam bene imposuisset pœnam tonsurato cum hujusmodi literis, quàm initiato minoribus Ordinibus?

Sed, interrogat aliquis; nunquid etiam hoc Decretum Tridentini prohibet Capitulo infra annum vacationis dare testimonium idoneitatis? Communis sententia negat; immo aliqui referunt, modernum Curia Romanæ stylum habere, ut sede Episcopali vacante, ipsæ quoque testimoniales dentur ab Ordinario vicinior. Quod ita verum existimat Sanchez suprà dub. 26. n. 3. ut etiam hæc literæ existimari debeant literæ sui Ordinarii.

Vnde contra Navarram suprà Conf. 27. aliàs 19. docet has literas sufficere, ut, accedentibus Reverendis Nuntii Apostolici, possit quis legitime ordinari ab Episcopo alieno. Et probat; quia nomine Ordinarii, ubi non est specialis prohibitio, comprehenditur etiam Capitulum

Sede vacante, ut de se constat; siquidem habet eandem jurisdictionem ordinarii Episcopi, de in hoc casu non est specialis prohibitio; quæ Tridentinum sess. 7. c. 10. solum prohibet Reverendas conferre; quod cum sit correctorium juris communis, non debet extendi ad literas, quæ non sunt verè tales, præsertim quæ Navar. factor ibi, has literas testimoniales non esse Reverendas, & ideo qui illas conferunt, non incurrere pœnas illius Decreti. Atque hæc sententia Sanchez nobis etiam magis probatur.

Ex qua videtur sequi: Capitulum, Sede vacante, infra annum posse licentiam concedere alicui Episcopo, ut in ea dicebat ad Ordines promoveat alienos, habentes dimissorias proprii Episcopi, aut sui Prælati regularis, vel personas ejusdem diocesis, habentes dimissorias Episcopi mortui, vel Nuntii Apostolici, ut quocumque Antistite ordinentur; quæ hæc literæ testimoniales non sunt Reverendæ, quæ solum prohibentur, nà nec literæ concedentes talem licentiam ordinandi; immo literæ testimoniales magis accedunt ad Reverentiam, ita Sanchez sup.

Et quidem quòd possit dare licentiam etiam Episcopo ordinandi proprios subditos, est communis sententia; at verò multi negant posse dare licentiam ordinandi subditos Socii vacantis. Ego autem dico, vel neutrum potest vel utrumque posse; quia Tridentinum sess. 7. c. 10. sic ait: *Non liceat Capitulis Episcopali Sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut literas dimissorias seu reservationes alicui, qui beneficium &c. concipiat.* Vel ergo licentia ordinandi sumitur sive active, & ita patet, quòd neutrum possit; vel active passive, ut idem sit, quòd Reverendæ, ita Sanchez suprà nu. 2. & sic planum est, quòd possit utrumque; quia concedere Episcopo altero, ut possit ordinare subditos diocesis vacantis, non est concedere Reverendas. Quod autem debeat accipi passive constat, inquit Sanchez, propter dictionem *alicui, qui beneficium &c. concipiat*, scilicet, *alicui, qui beneficium &c. concipiat*, quæ licentiam Episcopo ad Ordines celebrandos, non est licentiam conferre, ut ab aliquo ordinetur, qui beneficium &c. quia jam supponitur, quòd ordinandus debeat licentiam afferre, aut illam habere ab Episcopo jam mortuo, vel Nuntio Apostolico. Concilium itaque posuit ordinandi licentiam, & literas dimissorias ad majorem claritatem. Hæc illa.

Nec obstat Tridentinum sess. 6. de Reformatione c. 5. sequentis tenoris: *Nudi Episcopi licentiam concipiendi privilegii prætextu in alienis diocesis transgressis exercere, nisi de Ordinarii licentia expressè licentia, & in personas eadem Ordinarii subditas eorum.*

Non obstat, inquam; quia si intelligatur licentia, jam damnatur ut illicita, praxis vel consuetudo, ubique servata, videlicet quòd Episcopus

scopus in aliena diœcesi, de licentia Episcopi diœcesani, ordinat omnes illius diœcesis, & insuper quoscumque alios, qui à propriis Episcopis literas dimissorias habent: & ita necessarid cogimur asserere, quod illa verba: *Et in personas eidem Ordinario subiectas tantum*, debeant intelligi virtute illius licentiæ, datæ à Capitulo, Sede vacante, ad celebrandos Ordines: scilicet si ordinandi à suo Ordinario licentiam habeant, ut docet Navarrus suprà Consil. 20. aliâ 41.

habetur sub pœna interdicti, non est Ordinatio Clerici ex talibus literis; sed est datio talium literarum; jam autem supponitur illa datio in suo genere completa, id est, Capitulum literas scripsisse ac porrexisse, & Clericum eas accepisse. Aliud foret, si solum fuisset data commissio scribendi tales literas, vel si etiam scriptæ fuissent, & nondum traditæ & acceptatæ; tunc enim Capitulum nondum in urrisset illam pœnam, defectu completionis actus in suo genere.

Et ita alibi docuimus, incurrere censuram, qui mittit pecuniam hæretico, ut ei saveat, tamen pecunia ab hæretico accepta, statim furto auferatur, adeoque hæreticus non possit se illâ pecuniâ juvare. Ergo similiter hic dicendum, scilicet Capitulum incurrere prædictam pœnam, tamen Clericus, qui recepit literas dimissorias, ab Episcopo, ad quem dimittitur, rejiciatur, sicut debet rejici, & communiter rejicitur.

Quæris à me; an sit pœna latæ sententiæ, an verò solum ferendæ? Respondeo: si verum est, quod hic communiter docetur, Clericos sic initiatos minoribus Ordinibus, non esse privatos ipso facto privilegiis Clericalibus, est decretum dicat: *Nullo privilegio Clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant*; eod quod h. *Gaudeant*, sit verbum de futuro seu imperativum; dico ego consequenter; pœnam interdicti, quam incurrit Capitulum, non esse latæ sententiæ, sed solum ferendæ; eod quod decretum utatur verbo de futuro seu imperativum, scilicet: *Subiacet interdicto*. Atque hæc de Episcopo & Capitulo, Sede vacante, respectu Clericorum sæcularium.

Antequam autem progredior ad Clericos Regulares, tantum addo; Vicarium Episcopi non posse concedere Reverendas, nisi Episcopo in remotis agente, ut loquitur Bonif. 8. cap. *Cum nullus*, 3. de Temp. Ord. in 6. ibi: *Episcopo autem in remotis agente, ipsius in spiritualibus Vicarius generalis, vel, Sede vacante, Capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi*.

Vbi Gloss. verb. *Remotis*, interrogat: *Quem locum dicit remotum?* Et respondet: *Dicunt quidam de citra & ultra montes per Decret. suprà de Elect. Nichil: sed hoc est falsum, quod solum talis locus dicatur remotus: quia aliud est dicere: Valde remoti: us ibi, & aliud: Remoti: ut hic: sicut aliud est dicere: Cautio: quia tunc intelligitur vnda cautio, ut Cod. de verb. signif. Sancimus; & aliud: Sufficiens cautio: & tunc intelliguntur pignora vel fideiussores ff. Man. Si mandato. §. ult. Sed videtur quod remoti dicantur extra provinciam: suprà de Elect. Coram, de Prescript. 10. vel 20. annorum l. ult. vel ultra duas dietas: suprà de Rescript. Nonnulli. vel ultra man. ut eodem tit. Statutum. Satis crederem hoc arbitrarium iudici, quis locus dicatur remotus.*

Additio: *Concor. Hostiensis de Sent. Excom. Re-*

G g g g latum,

213. Ex Trident. non potest colligi specialis prohibitio facta Capitulo.

Sanchez. De laceris Cardinalium.

214. Non est hic eadem ratio Capituli & Collegii Cardinalium.

215. An ad incurrendum pœnam Trid. sit necessaria Ordinatio Clerici.

Garcia. Baroja.

Aversa.

216. Videtur quod non.

217. An sit pœna latæ sententiæ.

218. An Vicarius Episcopi possit concedere Reverendas. cap. 3. de Temp. Ord.

latum, & Archid. infra de Testa. c. 22. respon. Hodie talibus Vicariis datur super hoc expressa potestas: ita quod etiam Episcopis presentibus tales licentias concedunt. Ioan. And. Hucusque Gloss.

Sed, quæ Clericorum sæcularium, nunquid eadem est ratio Clericorum Regularium in hac materia? Attende quod sequitur.

CONCLUSIO VII.

Clericus Regularis exemptus promovetur potest ab Episcopo, in cuius diœcesi degit, vel ab alio; præcedentibus tamen literis dimissoriis sui Superioris, ad quem, & non ad Episcopum, spectat eas dare.

219. Religiosi exempti debent habere dimissorias a suis Superioribus.

Religiosos exemptos posse ordinari ab Episcopis, in quorum diœcesi degunt, licet non sint de eorum diœcesi oriundi, satis probatur ex quotidiana praxi nullo contradicente; præcedentibus tamen literis dimissoriis sui Prælati, sine quibus nullus unquam Episcopus ausus fuit eos ordinare.

cap. 5. de Temp. Ord.

Et verò Lucius 3. cap. Ad aures. 5. de Temp. Ord. expressis verbis statuit, non esse Religiosos ordinandos contra voluntatem suorum Prælatorum. Ad aures, inquit, nostras perveni, quod Religiosi quidam ad superiores desiderant Ordines promoveri, sed Prælati eorum desideria contradicunt. Tua igitur quaestioni taliter resp. quod honestus & iustus est subiectis, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quæ cum Præpositorum scandalo graduum appetere dignitatem. Nec est in hac parte subiectorum desiderium fovendum: quoniam esse potest, quod Prælati eorum commissa secreta noverrint, ex quibus constet eis, quod salva conscientia nequeunt sublimari; quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei.

220. Prælati Regularis sunt Ordinarii suorum Religiosorum.

Equidem Prælati Regularis exempti censentur Ordinarii suorum Religiosorum; quid ergo mirum, si Episcopus non possit hos Religiosos ordinare sine licentia suorum Prælatorum? Immo aliquos refert Sanchez supra dub. 20. n. 43. qui docent, non posse Episcopum ordinare Religiosos exemptos, tamen in eius diœcesi morentur, sine licentia Papæ. Quia, inquit, Episcopus tantum potest ordinare suos subditos; at hi non sunt subditi Episcopo.

Sed responderi facile potest: Episcopum posse ordinare, etiam non subditos, cum legitimis dimissoriis sui Ordinarii; jam autem, si cut dixi, Prælati censentur Ordinarii istorum Religiosorum.

221. Quod ergo hic maxime disputatur est; an

sufficiant dimissoriæ Prælatorum, ut Religiosi exempti (nam subiecti Episcopo constitit, quod ab ipso debeant habere dimissorias, ut ab alio Episcopo ordinentur) possint ordinari ab alio Episcopo; an verò etiam requirantur dimissoriæ Episcopi loci, ubi degunt. Henriquez lib. 10. c. 23. n. 4. & Fillucius to. 1. tract. 9. a. 38. volunt, debere iis quoque literas dimissorias dari ab Episcopo suo diœcesano, excipientes solum Societatem Iesu ex privilegio specialibus.

Sed (inquit Averfa q. 3. lect. 7. §. 1. a. 1. v. 1.) omnino spectat ad Prælatos ipsos Regulares, concedere suis subditis has literas, ut ab Episcopo ordinentur. Est res nota in omnium doctrina & praxi: sive hoc dicatur esse de pure communi, sive ex privilegio communi Regularium circa Ordinationem: sive ex ipso generali indulto, quo per auctoritatem Apostolicæ Sedis instituta & approbata sunt Religiones, cum sua exemptione à potestate ordinaria Episcoporum, & subiectione subditorum ad ipsos suos Regulares Prælatos. Inter quos præsertim Prælati Generales & Provinciales, dicuntur esse tamquam Ordinarii, & habere jurisdictionem Episcopalem in suis subditos.

Et ita hoc spectare ad ipsos Regulares Superiores, nec requiri licentiam & literas dimissorias Episcopi Diœcesani illius loci, è quo proficiscuntur Regulares, ad petendos ab alio Episcopo Ordines, declaravit Sixtus quintus in sacra Congregatio Concilii, & confirmavit Clemens octavus ut refert Rodri. to. 1. c. 1. Reg. q. 18. a. 5. & Diana p. 2. tract. 16. n. 15. & est res nota in praxi. Hæc ille.

Suppono ego ex iure communi, debere Prælatos, non nisi ex privilegio posse concedere dimissorias. Ita habetur cap. Cum talis, de Temp. Ord. in 6. ibi. Inferiores quædam Clericos aut subditos (id est, secundum Gloss. ibi, laicos) possunt à quo volunt Episcopi ordinari, à Sede Apostolica specialiter sui ordinari (subaudi inquit Gloss. ibi, vel nisi habeant consuetudine præscripta, ut hoc facere possint, nec enim consuetudo revocatur per novam consuetudinem, supra de Consu. c. 1. ed. lib.) vel Officiali Episcopi, nisi habeat speciale mandatum (cum ad hoc se ipsius officium non extendat) huiusmodi queunt licentiam (ordinandi) impartiri.

Itaque videndum, an ex præscripta consuetudine, an verò ex privilegio illa potestas competat Prælati Regularibus. Et imprimis certum est, consuetudinem jam pridem præscriptam fuisse; neque defuisse privilegia antiqua & nova Antiqua prætereo; ex novis autem primam erit Eugenii IV. concessum Monachis S. Benedicti Bullâ, quæ incipit: Esi quasi beatus, & c. prædicti Bullâ, quæ incipit: Sane cum plerumque contingat, præfatos Monachos, Ordinationem suam contempnunt, extra Monasteria vagari, & in

plurimorum tumultu cum aliis secularibus Ordines recipere, ex quo eorum devotio perturbatur & quies, volumus, & auctoritate Apostolica ex certa scientia statuimus & decernimus, quatenus ipsius congregationis Monachi presentes & futuri, omnes etiam sacros Ordines, ad quos per eorum Superiores presentati fuerint, à quocumque maluerint Catholico Antistite, gratiam & communionem Apostolica Sedis habente, statuti à iure temporibus, absque aliquorum dictorum Monachorum examine, recipere valeant, atque huiusmodi Antistites in dicta Congregationis Monasteriis & locis dumtaxat advocare, quibus Apostolica auctoritate, absque alia licentia & conditione Diocesani, nulla, ut praefertur, examinatione premisa, Monachos ordinare, Missas celebrare, Ecclesias, Altaria & vasa consecrare, vestes benedicere, & alia Pontificalia exercere. Nec propterea volumus Diocesanum loci, iuris sui prauidicium incurrere.

224. Secundum Alex. 4.

Idem prius concesserat FF. Minor. Alexander IV. Bulla: *Conuenit ut sacer.* 11. apud Rodrig. ibi: *Considerantes etiam, quod bonos & idoneos ac approbatos à vobis Fratres factis ad Ordines promoveri: vestris supplicationibus inclinatis, ut liceat vobis ordinandos Fratres eiusdem Ordinis, quibuscumque malueritis Catholicis Pontificibus, communionem & gratiam praedicta Sedis habentibus praesentare, ipsiq; Pontificibus praesentatis à vobis Fratres, sine qualibet examinatione per eosdem Pontifices facienda, & absque omni promissione & obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum, ad Ordines promoveri, vobis & Ordini vestro auctoritate praesentium indulgemus.*

225. Tertium Paul. 3.

Idem postmodum concessit PP. Societatis Jesu Paulus III. Bulla: *Licet debitum* 8. apud Rodrig. in qua n. 21. sic ait Pontifex: *Et quia eiusdem Societatis Fratres & socios de locis ad loca transferri contingit, propter quod stabilem & continuam in certis & determinatis domibus mansionem habere non possunt, & in ipsa Societate idoneos tantum & comprobatos ad sacros Ordines promoveri intelleximus, eidem Praeposito Generali, quod ordinandos socios & Fratres huiusmodi Societatis quibuscumque maluerit Catholicis Antistitibus, gratiam & communionem dicta Sedis habentibus praesentari, ipsiq; Antistitibus praesentatis huiusmodi, absque omni promissione vel obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum & sociorum, ad omnes etiam sacros & Presbyteratus Ordines promoveri &c. concedimus.*

Quocirca, ad has & alias Bullas similes (quas videre poteris in Comp. Privil. Mendic. verb. Ordines, §. 11.) attendens, ut arbitror, Pius 5. Bulla: *Est mendicantium.* 12. apud Cherubinum, decretum Conc. Tridenti sess. 23. c. 8. neminem nisi à proprio Episcopo ordinari posse statuens, declaravit locum non haberè in Regularibus, Ita quod fratres huiusmodi, praefatos, etiam sacros Ordines, à quolibet Antistite, gratiam & communionem Apostolica Sedis habente, Ordinarii loci minime requisita licentia, in locis seu domibus Fratrum huiusmodi, aut alibi recipere possint.

226.

Sed dicit aliquis: Gregor. 13. Bulla: *In tan-*

ta, 9. apud Cherubinum, omnia haec privilegia reduxit ad terminos juris communis & Concilii Tridentini, ita quod ea tantum persistunt indulta, quae ante huiusmodi Bullam habebant Mendicantes, & Conc. Tridentino non adversantur.

Objectio ex Bulla Gregorii 13.

Respondeo; ante huiusmodi Bullam Mendicantes habebant hoc privilegium, & Conc. Tridentinum non adversatur, ut declarat ibi Pontifex; & patet, quia non revocat privilegia, sicut in aliis multis decretis; ergo &c. Itaque Gregorius 13. non voluit illa sua constitutione annihilare, ut sic dicam, declarationes Concilii Tridentini, sed nova indulta seu privilegia contra jus commune, aut Conc. Tridentinum.

Solvitur.

Si rursus objicias; Gregor. 13. (ut communiter refertur) statuit, ut Regulares suscipiant Ordines sacros ab Episcopis, in quorum diocesi sunt monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant, juxta decretum Tridentini sess. 23. c. 8. Immo Congregatio Cardinalium de mandato Sixti 5. auditis quoque Procuratoribus Ordinum super declaratione Gregorii 13. idem declaravit.

227. Alia obiectio.

Respondeo primò; in illo Decreto Tridentini nullam fieri mentionem dimissoriarum, sed tantum testimonialium ibi: *Quod si quis ad alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cursum generalis aut specialis rescripti, vel privilegii pretextu, etiam statuti temporibus, permittatur, nisi eius probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.* Et verò quis melius potest commendare probitatem ac mores Religiosorum, quam Praelatus Regularis? Hic igitur Ordinarius censendus in ordine ad illud testimonium, non autem Episcopus, in cujus diocesi morantur.

Prima resp.

Respondeo secundò; quidquid sit de illa declaratione Gregorii, quam aliquis Auctor refert, ab ipsomet revocatam, certum est, Sixtum V. postmodum ex sententia Congregationis pronuntiasse: Praelatos Regulares suis subditis posse concedere dimissorias ad Episcopum diocesanum, & illo absente, aut Ordines non conferente, vel Sede vacante (de quo fit mentio in dimissoriis) ad quemlibet alium, modò ab isto quoad doctrinam examinetur. Ita referunt Rodrig. in Compend. & Prosper Farinae. decisione 246. & alii, inquit Bruno Chassaing de Privil. Reg. p. 2. tract. 7. cap. 1. prop. 2.

228. Secunda.

Rodrig. Farinae, Chassaing.

Et addit, has restrictiones Sixti V. sublatas fuisse per Clementem VIII. Bulla: *Vi eas, quam* refert Rodrig. tom. 1. qq. Reg. q. 18. art. 5. Clemens VIII. ad perpetuam rei memoriam: *Vi eas, quae pro Ecclesiasticarum personarum quarumlibet, praesertim Regularium quiete, & tranquillitate, statuta, & declarata sunt, debita executioni demandentur; ex intincto nobis Apostolicae servitutis officio, prout in domina conspiciamus expedire, providere de-*

229.

Bulla Clementis 8. de hac controversia.

bemus: sanè dilecti filii Generales, Abbates, & utriusque sexus Regulares persone, Congregationis B. Mariae de Alcobaga Cisterciensis, Regnorum Portugallia, nobis exponi fecerunt, quòd cum aliis per Congregationem S. Romanae Ecclesiae Cardinalium, Decretorum Concilii Tridentini interpretum, declaratum fuerit, heere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit privilegium, ut possint omnia facere, quae possunt Abbates Benedicti. Tonsuram, minoresq; Ordines, suis subditis Regularibus tantum conferre, aliq; Pontificalia huiusmodi Abbatibus competentia in sui Ordinis Monasteriorum Ecclesiis, & limitibus exercere, taliterq; ordinatos (si quid aliud non obstitit) legitime posse à quibusvis Ordinariis, ad superiores Ordines promoveri; nec non Monachos, à Diocesanorum superioritate, & iurisdictione exemptos, absque illorum literis dimissorias, à quibusvis locorum Ordinariis, cum testimonialibus literis suorum Superiorum tantum ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, admitti debere. Hec Clemens VIII.

Quibus positis & aliis, quae circa provisionem parochialium Ecclesiarum, unitarum divisi Ordinis Monasterii, declaraverunt Illustrissimi Cardinales, & Pius V. determinaverat Ad confirmationem praedictorum se accingens Clemens VIII. in haec prorumpit verba.

Quare Generalis reformator, Abbates, & utriusque sexus Regulares persone praedicta, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus supra dicta, prout decreta sunt, approbare, eaq; omnia inviolabiliter observari mandaremus. Nos igitur, eiusmodi supplicationibus inclinati, Decreta & ordinationes huiusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, eaq; per quoscumque Archiepiscopos, Episcopos vel alios locorum Ordinarios, inviolabiliter perpetuo observari debere statuimus, & ordinamus; decernentes sic & non aliter, per eosdem & alios quoscumque iudices, Ordinarios & Delegatos, etiam S. Romanae Ecclesiae Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores (sublati eius, & eorum cuiuslibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate) iudicari & definituri debere. Irritum quoque & inane, quidquid secus super his, à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obstantibus quibuscumque Apostolicis, & synodalibus conciliis, editis constitutionibus, & ordinationibus, quibus omnibus, illorum omnium tenores, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter & expresse derogamus; ceterisq; contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 5. Martii, Anno 1592. Pontificatus sui Anno primo.

M. Vestrus Barbianus.

Ex his (inquit Rodri.) inferitur non esse concedenda, ut Monachi possint ordinari cum literis dimissorias suorum Praelatorum, sicut concesserat Leo 10 & Paulus 3 prout habetur in compendio Ordinis Cisterciensis, & in compend-

Societatis Iesu. Nam per congregationem Cardinalium, ut patet ex dicto privilegio Clement. 8. declaratum est, non esse sublatum per Conc. Trident. à Praelatis Regularibus praedictam auctoritatem. Haec ille. Qui ibidem testatur se vidisse praefatam constitutionem sub sigillo authentico in libro privilegiorum Illustrissimi monasterii de Alcobaga regni Portugalliae.

Sed contra: Congregatio Concilii sub Clemente 8 (ut refert Sorbus in Comp. Privilegiorum verb. Ordines sacri) censuit, Superiores Regulares posse suo subdito, iridem Regulari, qui praedictis qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias concedere; ad Episcopum tamen diocesanum, nempe illum monasterii, in cuius familia, ab eis, ad non pertinet, is Regularis positus fuerit. Et si Diocesanus abfuerit, vel non eorum habiturus Ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & cum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quod Episcopus diocesanus vel abfuturus, vel non habiturus esset Ordinationes. Verum cum Superioribus Regularibus, Episcopo diocesanus absente, vel Ordinationes non habente, tertia dimissoriae dabantur, in eis utique tertiae modi causam absentiae Diocesanii Episcopi, & Ordinationum ab eo non habendarum, commendam esse. Quod qui non fecerint, officii dignitatis seu administrationis ac vocis alterius & passiva privationis, ac alia arbitrio Episcopi sanctissimi Domini N. Papae reservata percurrerent. In quorum fidem &c. Datum Romae die 15. Mensis Martii 1596.

Respondet Bruno supra; Non est enim quòd mandante Clemente hoc decretum non naverit, quod satis manifeste probatur, quòd idem Clemens Bulla, quae incipit, in pastoralis, 51. apud Cherubinum sub die 24. Decembris, 1595. ex certa scientia Monachorum privilegia confirmavit. Qui auctoritas potest, ut tam cito mentem Pontificis non deceret emanasset, non valeret tamen decretum illud privilegium authenticum, cum ut probavimus, decreta Cardinalium non preva-

leant Bullis. Secundò; quia idem Clemens die 2. Augusti ejusdem anni, Congregationi S. Benedicti Vallisolei concessit, ut cum literis dimissorias suorum Praelatorum possent à quibusvis locorum Ordinariis ad omnes, etiam Praelatorum Ordines, promoveri absque Diocesanorum licentia seu commendatis literis, ut habetur in Compend. Privileg. Fulgentium, 1. 2. 3.

Denique ab illo tempore Regularium praedictantium privilegia fuerunt confirmata per-

Quid ex ea inferat Rodri. & digne.

bus Pontificum Bullis, & præcipue per Paulum 5. die 11. Octobris 1612. in qua declarat manere in suo robore omnia privilegia, quomodolibet à Prædecessoribus, etiam per viam communicationis concessa. Quod similiter fecit Urb. 8. Bullâ, quæ incipit: *In plenitudinem*. Hucufque Bruno.

Sed contrâ facit; quod Clemens 8. Bullâ: *Ratio pastoralis*, non confirmet privilegia Mendicantium, nisi cum hac clausula: *In his omnibus, in quibus decretis Concilii Tridentini non aduersentur*. Et fortè eadem clausula exprimitur in Bulla Pauli 5. & Urb. 8. quas non reperio apud Cherubinum aut alium Bullistam. Sed duas alias Bullas confirmatorias reperi inter Bullas Pauli 5. unam quæ incipit: *Inuincti*, 19. apud Cherubinum, & alteram, quæ incipit: *Inter omnes*, 25. apud eundem Auctorem, cum prædicta clausula aut æquivalenti. Similiter unam inuenio confirmatoriam Urbani 8. quæ incipit: *Inuincti*, 20. apud eundem Auctorem, in qua similiter ponitur illa clausula.

Iam autem quæstio est; an privilegium, de quo hic disputamus, aduersetur decretis Concilii Tridentini. Et siquidem non aduersetur (ut puto) nihil clarius est, quàm adhuc existere. Sin verò aduersetur, id est, si reuocatum sit per Concilium Tridentinum, unde probatur, post Tridentinum fuisse confirmatum, aut de novo concessum?

Ex Bulla, inquis, Gregorii 13. quæ incipit: *Pium & utile*. 77. apud Cherubinum, & 25. apud Rodrig. in qua, non obstante Tridentino, confirmatur seu reintegratur, immo & ampliat privilegium Pauli 3. supra allegatum, hisce verbis: *Nos his incommodis, quantum in nobis est occurrere volentes, omnibus Episcopis, & aliis Antistitibus, presentibus & futuris, in perpetuum præcipimus atque interdicens, ne ab huiusmodi præcedendis, qui licentiam à Præposito Generali dicte Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatis habuerint, quidquam prædictorum requirant vel exigant, sed ipsos, etiam absque ulla functione in Ordinibus ipsius, interstitiorum, ad illos suscipiendos observatione, aut inquisitione de cantu, officio & ceremoniis Ecclesiasticis, idoneitate, proprii Ordinarii licentia, & aliis in aliis requisitis ad ditiores, ac etiam extra tempora à iure statutis, tribusque Dominicis, vel etiam aliis festis diebus, etiam continuis, ad sacras, etiam Presbyteratus, Ordines pronoveant, ac si illi omnibus requisitis prædictis essent. Nos enim illos Ordines omnes prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistitibus eos i se conferendi facultatem tribuimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus ac ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Quid ultra poterat desiderari?*

Non plus ultra pro Societate Iesu. Et ideo Henriquez & Fillucius supra excipiunt Societatem Iesu. Ergo etiam alii Ordines, communicantes in eorum privilegijs, sunt excipiendi; negatur Consequentia; quia in eadem Bulla

communicatio in hoc privilegio expressis verbis prohibetur, ibi: *Præsentis autem gratia communicationem omnibus alijs, etiam qui sua privilegia cum ipsa Societate copiose participant, participare poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus.*

Sed nonquid, quæro ego, Greg. 13. potuit ligare manus suis Successoribus, ne & huius privilegii communicationem alijs Ordinibus possent concedere? Patet quòd non.

Atque de factò communicasse, probatur ex Bulla Gregorii 14. quæ incipit: *Romani Pontifex*, 3. apud Rodrig. in qua congregationi Regularis observantiæ sancti Bernardi Regorum Hispaniæ conceditur amplissima communicatio omnium privilegiorum, etiam eorum, quorum communicatio alioquin prohibetur, ibi: *Non obstantibus præmissis, & de non expediendis litteris super Indulgentiis ad instar, ac præ memoria Bonifacii Pape 8. etiam prædecessoris nostri de una & Concilii Generalis edita de duabus diebus, alijsque Apostolicis ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quorundam Ordinum Congregationibus Monasteriorum & regularium locorum præfatorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, declarationibus & inhibitionibus, prædictis quoque indultis & litteris Apostolicis, etiam Legatis, Nunciis & Ordinariis, ac Ordinibus præfatis eorumque Superioribus & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, etiam in fundatione vel dotatione obventis, ac cum quibusvis etiam annullatis, cassatis, infirmis, declaratis, exceptis, modificatis, mentis arrestatis, & etiam communicatione prohibitis, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis & Decretis irritantibus &c. Iam autem alii Religiosi cum illa Congregatione communicant sine ulla exclusione.*

Et quia fortè adhuc aliquis scrupulus posset remanere, eò quòd in illa Bulla non communicentur privilegia, Nisi quatenus sint in usu, & decretis Conc. Tridentini non aduersentur; ideo adjungo Bullam ejusdem Pontificis, quæ incipit: *Ecclesia Catholica*, 2. apud Rodrig. in qua sine illa clausula confirmat omnia privilegia Societatis Iesu, ibi: *Notum quod proprio & ex certa scientia nostra, deq. Apostolica potestate plenitudine laudabile ipsius Societatis institutum, constitutionesq. omnes ac statuta & Decreta, & quæ illud concernunt præmissa omnia & singula, prædictaq. ac quacumque alia etiam privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à prædictis, seu etiam ab alijs prædecessoribus nostris, etiam per communicationem concessa, qualiacumque illa, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore presentium approbamus & confirmamus suppletis omnes iuris ac facti defectus, si qui intervenient in eisdem.*

Item Bullam Clement. 8. quæ anno 1596. die 23. Novemb. concessit Patribus Congregationis S. Joannis Evangelistæ in Portugallia, G G G G 3 ut

232. Alia obiectio.

233. Amplissimum privilegium Greg. 13. pro Societate Iesu.

234. An hoc privilegium communicet alijs Ordinibus Henriquez & Fillucius.

235. Videtur quod sic ex Bulla Gregorii 14.

236. Occurrit alicui scrupulo per aliam Bullam ejusdem Pontificis.

237. Item per Bullam Clementis octavi.

ut possint ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum, quam Bullam testatur se vidisse Portel verb. Ordines sacri, n. 4.

& Urbani octavi.

Accedat Bulla Urbani 8. quæ incipit: Redemptoris nostri, 133. apud Cherubinum, in qua omnia privilegia non Mendicantium, & Mendicantium, Ordinibus seu Congregationibus Clericorum concessa sub quacumque forma verborum, communicantur Fratribus Discalceatis Hispaniarum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, cum hac sola clausula, Quatenus sint in usu & non revocata nec sub aliqua revocatione comprehensa; constat autem privilegium concessum Societati Iesu per Gregorium 13. de quo supra, non esse revocatum, nec sub aliqua revocatione comprehensum.

238. Predicta privilegia communicantur etiam Novitiis.

Et, quod bene notandum est, non solum Fratribus professis, sed etiam Novitiis illa privilegia communicantur §. 3. ibi: Congregationi FF. Discalceatorum predicti Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque domibus & Regularibus locis sub illa comprehensis, nec non Ministro Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus & Procuratoribus Generalibus, Visitatoribus, Consultoribus, Assessoribus, Ministrisque Provincialibus & Conventualibus, aliisque cuiuscumque nominis Officialibus, Superioribus & Religiosis omnibus, & singulis in ea professis Fratribus pro tempore ad Captivos redimendos transmissis & Capitulis Generalibus, personis Regularibus, Novitiis, Conventibus, Donatis, Oblatis, Ministris, Famulis &c.

Suarez.

Porro Societas Iesu habet speciale privilegium concedendi literas dimissorias, cum ampliatione illud communicandi Novitiis, ut constat (inquit Suarez to. 3. de Relig. lib. 5. c. 16. nu. 17.) ex Compend. Privil. ejusdem, verb. Communicatio, §. 5. Ex quo inferit, Prælatum has literas posse eis concedere, si ut aliis professis vel Religiosis. Similiter, inquit, hoc privilegio uti poterunt aliarum Religionum Prælati, qui cum Societate in privilegio communicant, erga suos Novitios.

239. Novitii gaudent privilegiis Religionis.

Et addit: Quamvis in privilegio, Religioni concessio, hæc extensio non exprimitur, probabile est, ita ex legitima interpretatione ad Novitios posse extendi, cum probabilis sententia doceat, Novitios privilegiis Religionis gaudere. Hæc ille. Estque sententia satis communis, quam sequitur Diana part. 3. tract. 2. resol. 7. & part. 4. tract. 4. resol. 7. cum Aliis, quos citat.

Diana.

Aversa.

Excipi tamen debet (inquit Aversa q. 3. sect. 7. §. Adhuc tamen) Ordinatio in sacris ad titulum paupertatis, id est, secundum illum Auctorem, non potest Novitius ordinari, & per consequens, non potest Superior concedere dimissorias, nisi servatis de jure aliis servandis, puta ad titulum beneficii, vel patrimonii. Quod an verum sit Sect. sequenti examinabimus, saltem tutius est.

240. Impræsentiarum tantum quæro; quis pro-

prius censetur ejus Episcopus, ut ab eo possit & debeat ordinari, si cætera adint, an Episcopus, in cujus Diocesi est Novitius, an vero Episcopus in cujus Diocesi antea habuit domicilium; nam videtur per Novitium non mutasse domicilium, eo quod Novitium non habeat animum perpetuæ habitationis in loco Religionis, sed experiendæ tantum Regule, eoque experta, statuendi, an ibi permansurus, an potius ad pristinum domicilium revertatur, jam autem domicilium non acquiritur, nisi per animum perpetuò habitandi, ut alibi dicitur.

Et ideo docent Aliqui non improbabiter, Novitium ordinandum esse ab Episcopo prioris domicilii, quia hic censetur proprius non autem ab Episcopo diœcesis, in qua est Novitius; intellige, seclusis privilegiis; nam si Novitius participat privilegia Religionis, in qua est Novitius (ut puto) poterit à quolibet ordinari de consensu Superioris sui, secundum statim dicta.

Nihilominus, etiã seclusis privilegiis, probabilis adhuc credit Sanchez Sum. lib. 6. c. 2. n. 21. & lib. 4. c. 39. n. 20. posse Novitium Ordinibus initiari ab Episcopo, in cujus Diocesi est in probatione. Dicitur; quod Novitius ex parte sua animum perpetuò habitandi ac prioris domicilii mutandi, & hoc animo affecti omnes ingrediuntur, quamvis in Novitiatu sit ad experiendam Religionis auctoritatem, & si ferre non poterit, liberum sit egredi, eumque animum habere.

Quare non potest dici dubius circa perseverantiam; dubius enim est, qui in neutram partem inclinans, est animo pendulus: licet non diceretur dubius, sed reverà domicilium acciperet migrans alio, ibi quantum est ex parte perpetuò mansurus, licet animum habere alio loci deserendi, si cæli temperies sibi incommoda sit, aut quid aliud felicius sibi contingat.

Et confirmatur; quia cum Novitii eâ animo destinatione ingressi sint monasterium, ut ibi perpetuò maneat, eâ destinatione tanquam effectus habendus est, quàmvis forte in aliquo casu aut impedimento occurrenti mutari valeat, ut arguunt l. 4. ff. de Auro argento &c. Cum quilibet libertum suum in Asiam misisset ad purpuram emendam, & testamento uxori suæ Lanam purpuream legasset, pertinere ad eam, si quam purpuram vivam liberum emisisset, Servius respondit. Et leg. Cum autem, §. In facti. eod. ibi: Quid ergo si captus sit argentum fabricari nondum perfectum, utrum facti an perfecti appellatione contineatur dubitari potest, sed magis facti.

Secundò; quia dedicatio Novitii Religionis est pura & non conditionalis, quàmvis commutabilis & resolvenda in eventum conditionis, si Religio non plauerit. Sicut legatum à die mortis testatoris acquirit absolute dominium, ac communi dominici sibi legatæ dominium, ac communi dominici nisi repudiare voluerit. l. Cum Pater, §. 3.

Surdus & mutus, qui legatum accipit, ut cum moriatur, restituat, recte mandatur. ff. de Legat. 2.

Et sane dedicationem Novitii esse puram, constat; quia hoc distat inter dispositionem à principio puram, sed resolvendam sub conditione, & inter purè conditionalem; quòd hæc dum pendet conditio, nullum effectum operatur, leg. *Cedere diem*, 213. ff. de Verb. signif. *Cedere diem* significat incipere debere pecuniam; venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. *Vbi purè quis stipulatus fuerit: & cecidit & venit dies; ubi in diem, cecidit dies, sed non tamen venit; ubi sub conditione, neque cecidit, neque venit dies pendente adhuc conditione.*

l. 77 ff de legat. 2. Probatur.

l. 213 ff de Verb. signif.

241. Ex sponsalibus conditionalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis cap. un. o in fine, de Spons. in 6. Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicuti consensus non habentibus & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur. At illa interim operatur suum effectum, donec resolvatur; ut clarè patet in contractu venditionis cum pacto retrovendendi.

Et ideo ex sponsalibus conditionalibus non oritur impedimentum publicæ honestatis, cap. un. o in fine, de Spons. in 6. Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem, sicuti consensus non habentibus & incertis, nulla publicæ honestatis iustitia oriatur. At illa interim operatur suum effectum, donec resolvatur; ut clarè patet in contractu venditionis cum pacto retrovendendi.

Iam autem dedicatio Novitii operatur suum effectum, donec resolvatur, cum interim ratione illius dedicationis sit persona Ecclesiastica, gaudeatque privilegio canonis & fori; atque rediens ad sæculum dicitur redire ad pristinum statum, quasi illa dedicatio sit vera statûs pristini in novum mutatio; cap. *Super eo*, 9. de Regular. in principio: *Super eo quod questum fuit de Clericis, qui Religionis habitum susceperunt, & ante professionem ad priorem statum reversi.* Ergo per hanc Novitii dedicationem acquiritur domicilium; atque ideo Novitius Ordinibus initiandus erit ab Episcopo loci, ubi est in probatione. Ità Sanchez suprâ, & Alii, quos citat.

244. An Prælati Regularis possit dare dimissorias ad aliquem Abbatem pro minoribus Ordinibus. Caus. Trid.

Sed revertamur ad literas dimissorias, quas Regulares à suis Prælati possunt & debent accipere, si non secundum jus scriptum, saltem secundum consuetudinem præscriptam. De his queritur ulterius; an dari possint ad aliquem Abbatem, ut ab eo minores Ordines suscipiantur.

Difficultas oritur ex Concilio Tridentino, quod sess. 23. cap. 10. de Refor. sic ait: *Abbatibus ac aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, non liceat imposterum intra fines alicuius diocesis consistere, etiamsi nullus diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre.*

245. Arguitur pro sententia negativa ex Concilio Tridentino. Rodrig. de Spons. de Spons. in 6.

Ex quibus verbis Concilii (inquit Rodriguez to. 1. qq. Reg. q. 18. a. 1.) colligitur, jam non esse veram opinionem aliquorum, quos refert & sequitur Baptista de Sales in Sum. verb. *Abbas*, in princ. dicentium; quòd Abbas invitatus ab alio Abbate exempto, poterit ordinare Monachos alterius monasterii exempti. Nam, juxta verba Concilii Tridentini ibi: *Qui regularis subditus sibi non sit*, hæc opinio minime modo potest teneri.

Verum est tamen, quòd si ipsi Abbates subditos ordinent, characterem imprimunt, argumento eorum, quæ scribit Urbanus Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo, dicens, quòd Clerici ab Episcopo alterius Parochiæ ordinati, à proprio in suis Ordinibus recipi possunt.

Ex quo loco duo colliguntur, primum, quòd ipsi Clerici recipiunt characterem. Secundum, quòd non ipsis conferunt executionem Ordinum; siquidem ait Urbanus, quòd à proprio Episcopo in suis Ordinibus recipi possunt, quæ verba supponunt, ordinatos esse sumptos ab Ordinum executione. Et sic in nostro proposito, dicti Monachi extranei, ordinati ab Abbate, characterem recipiunt, sed executio Ordinum illis minime confertur.

246. Interim de ordinatus recipiet characterem, lecius executionem Ordinum.

Neque hoc invenio in sacrosancto Concilio Trident. revocatum. Solum enim Concilium Trident. prohibet ipsis Abbatibus ordinare illos, qui sibi subditi non sunt: non tamen dicit, ipsis Abbates ordinando suos non subditos, illis minime characterem conferre. Et Regula est notissima in jure, quòd per subditos intellectus, non debent jura antiqua corrigi, juxta Gloss. singularem in cap. *Cupientes*, §. *Quod si per viginti*, de Elect. in 6. præcipue, quando non est tanta ratio in casu corrigenda, quanta in casu legis novæ corrigentis, juxta ea, quæ notantur in jure, Authentica: *Quas actiones de Sacrosancta Ecclesia, & tradidit doctissimus Navarrus lib. 5. cons. tit. de Pri. cons. 15. Huculque Rodrig.*

Sed contra hanc distinctionem inter licitam & validam Ordinationem, ita arguit Aversa suprâ, §. *Et quidam*: Diversa ratio est inter Episcopum, & Abbatem ordinantem. Quia Episcopus est minister ordinarius hujus Sacramenti: atque adeo etiam si contra jus Ecclesiæ conferat, validè confert, quamvis illicitè. At Abbas est minister solum ex commissione; quare deficiente commissione, nec licitè, nec validè confert. Et quòd illi ab Ecclesia aufertur, non utique committitur. Igitur si Concilium prohibet prorsus Abbatibus ordinare alienos subditos, etiam de licentia eorum proprii Prælati, non relinquit locum tali commissione, & ideo non valet argumentum sumptum, ex iis, quæ scribit Urbanus Lugdunensi Archiepiscopo, cap. *Lugdunensis*, 19. q. 2. Ita hic Auctor.

247. Contra hanc distinctionem inter licitam & licitam Ordinationem arguit Aversa.

Nec video quid aliud responderi possit, quàm quòd habetur cap. *Ad Apostolicam*, 16. de Regular. *Multa fieri prohibentur, quæ tamen si facta fuerint, obtinent roborem firmitatem*; sive, ut ait Rodriguez, per subditos intellectus non debent jura antiqua corrigi; cum ergo Abbates jure antiquo habeant potestatem conferendi Tonsuram & Ordines minores, etiam non subditis, & Tridentinum solum dicat: *Non liceat imposterum*, non est corrigendum jus antiquum

248. Responso ex cap. 16. de Regub.

quum per subauditum intellectum, nempe per subauditionem hujus particulæ: *Non valeat*; sed minimum eligendum est, & verba ut sonant intelligenda de sola prohibitione actûs, & non etiam de irritatione. Præsertim cùm in dubio jura præsumant valorem actûs; argumento cap. *Abbate*, de Verb. signif. ibi: *Professio sic intelligenda sunt illa verba, ut res, de qua agitur, valere possit potius, quàm petire.*

Supposito itaque, quod Ecclesia primitus commiserit Abbatibus potestatem conferendi Tonsuram & minores Ordines, non tantum Regularibus sibi subditis, sed etiam aliis, illam commissionem nusquam videtur auferre Tridentinum; sed tantum prohibet, ne impostero illâ commissione utantur circa sæculares vel Regulares non subditos, non auferendo illam, sed reddendo ejus usum pro ista parte illicitum: interim si Abbates eâ utantur, mavult Ecclesia, ut id quod agitur, potius valeat, quàm pereat.

Hanc sententiam amplectitur Bruno Challaing, de Privil. part. 3. tract. 7. c. 3. prop. 2. in fine, ibi: *Petes, num valeant Ordines collati ab hujusmodi Abbatibus, Regularibus & sæcularibus non subditis, si prædictam licentiam ab eorundem Prælati non habuerint.* Respondetur, valere, quoniam actus, factus contra formam traditam à lege sine clausula annullativa, valet, licet contra faciens veniat puniendus: sic Glossa, secuta Archidiaconum in cap. *Abbate*, de Privilegiis in 6. verb. *Tonsura*. Rota 1. part. decis. in noviss. decis. 570. & Archan. Rom. de Privil. lib. 3. verb. *Ordines*. Hæc ille.

Quæ omnino vera existimo, suppositâ generali commissione, aliquando factâ ab Ecclesiâ Abbatibus, conferendi Tonsuram & minores Ordines cuilibet, tam Regulari, quàm sæculari, etiam non subdito, sine legitimis dimissoriis. Sed hæc commissio ubi legitur?

Cap. *Abbate*, 3. de Privileg. in 6. sic ait Alex. 4. *Nec eis* (loquitur de Abbatibus) *licetum sit aliis, quàm Monasteriorum suorum conversis* (id est, Monachis professis, quia in professione præmittunt modum conversionis, ut explicat Bruno supra) *& qui ad illa convolaverim* (id est, Novitiis, juxta Gloss. ibi verb. *Convolverim*: *Ve*, inquit, *ibi convertantur & fiant Monachi*) *& in quos Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent* (etiam puros laicos, nec conversos, nec convertendos, juxta Gloss. ibi verb. *Quasi Episcopalem*) *primam clericalem conferre Tonsuram: Nisi eis id comperat ex pleno præfata sedis indulto.*

Ubi Gloss. verb. *Indulto*. *Putat*, inquit, *quia habent privilegium: quia quoscumque etiam non subditos, volentes ab eis ordinari, clericare & ordinare possunt.* An autem aliquod tale privilegium existat, & præsertim ordinandi sine dimissoriis proprii Episcopi aut Prælati, ibi non dicitur. Ubi ergo?

An fortè in cap. *Cum contingat*, 11. de Stat. & qualic. & c. ibi: *Cum in 7. Synodo sit statutum, ut Lectores per manus impositionem licentia sit unicuique Abbati in proprio Monasterio solummodo faciendi?*

Sed cur non posset hoc statutum intelligi sicut de proprio Monasterio, ita etiam de propriis Monachis, saltem Novitiis? Nam in principio cap. ita scriptum habemus: *Cum contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantur, à suis Abbatibus consumentur.* Ergo loquitur de laicis convolantibus ad monasteria, scilicet (secundum Gloss. supra cap. *Abbate*) ut ibi convertantur, & fiant Monachi, & ideo dicitur: *A suis Abbatibus*, quia videlicet ideo convolant, ut sub illis Abbatibus possint habitare, per quam habitationem fiunt sui Abbates, qui antea erant alieni. Ergo neque ex hoc capite videtur probari illa generalis commissio.

Respondeo; tamen cap. istud loquitur de laicis convolantibus ad monasteria, equidem statutum 7. Synodi, quod adducitur, loquitur generaliter, & simpliciter dat potestatem Abbatibus faciendi Lectores in proprio monasterio, non distinguens inter Regularem, & sæcularem, subditum, & non subditum. Ergo nec nos distinguamus.

Deinde ex cap. *Abbate*, statim citato, clarissimè probatur generalis commissio conferendi Tonsuram clericalem, etiam puris laicis, in quos Ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent.

Denique Conc. Trident. supra videtur imponere, vel ex jure, vel ex privilegio, aut saltem ex præscripta consuetudine, Abbates aliquotum contulisse Ordines minores, etiam non subditis tam Regularibus, quàm Sæcularibus, alioquin licentia suorum Prælatorum; alioquin facta restringeret potestatem Abbatum ad Regalem sibi subditum, prohibendo eis, ne impsterum cuiquam, qui Regularis subditus non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferat, nisi de licentia Prælatorum.

Quævis enim hæc ultima verba non addantur in textu, tamen subintelligenda esse docent declarationes Cardinalium, quarum prima sic ait: *Abbate Regulares habentes in se licentiam defendendi & miram, postquam Sacrosanctam Tonsuram & Ordines minores secularibus Episcopali jurisdictioni subditis conferre, si modo ipsius Episcopi consensus accedat, & à dicto Episcopo pro se quoscumque litteras dimissorias impetraverint: ita ut satis non sit illi generatim ab Episcopo concessum esse, sed hæc concessione semper opus est singulari.*

Alia declaratio exprimitur hæc verbis: *Possunt etiam dicti Abbates Ordines conferre dictis Regularibus, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, nec non specialem consensum Episcopi habuerint, in quo Ordines hujusmodi recipere possunt.*

249. Hanc distinctionem amplectitur Bruno Challaing, citans Alios.

Archidiaconus. Rota.

Arch. Rom.

Placet etiam Auctori, suppositâ generali commissione.

250. An illa commissio habeatur in cap. 3. de Privil.

254. An pro ordinandis Regularibus Episcopi consensus non requiratur, nisi in Ecclesiis, subditis eidem, Ordines conferantur, ut tenet, inquit, Arch. Rom. de Privil. in Addit. pag. 7. dum asserit prædictos Abbates invitatos à Prælatiis exemptis posse in monasteriis exemptis Ordines minores conferre: nec etiam requiritur, ut singulis vicibus hic consensus seu licentia ab Episcopo concedatur, sed sufficit, ut sit generalis. Ratio est, quia privilegia has duas restrictiones à sacra Congregatione appositas non requirunt. Hæc ille.

Et merito, si verum est, quod ibidem docet, privilegia per Tridentinum revocata, postmodum absolutè fuisse confirmata. Deinde estò privilegia non fuissent absolutè confirmata, putat hic Auctor, per Concilium Tridentinum non fuisse revocatum jus commune, quod absque illis restrictionibus tribuit Abbatis illam potestatem.

255. Quod autem non fuerit revocatum jus commune, probatur ex eo; quod nulla fiat mentio juris communis, sed tantum privilegiorum, præscriptionum, & consuetudinum; jam autem quando Tridentinum voluit derogare juri communi, id expressit sess. 7. cap. 10. de Refor. ibi: *Non liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimissorias seu Reverendas, ut aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusvis privilegii aut consuetudinis vigore &c. concedere.*

Ubi ergo, inquit Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 21. nu. 6. tantum derogat privilegia, vel consuetudines, non videtur abrogare jus commune. Et ideo eo numero docet, probabilius esse, etiam post Tridentinum Abbates & alios Prælatos posse concedere dimissorias sæcularibus sibi subditis, sicuti ex jure communi poterant ante Tridentinum.

Unde concludit: Decretum Concilii Tridentini non loqui de Abbatis & Prælatiis, habentibus plenam jurisdictionem Episcopalem, quibus competit ex jure communi dare Reverendas; sed de quibusdam, qui absque hac plena jurisdictione, non ex vi juris communis, sed ratione alicujus particularis privilegii vel præscriptionis Reverendas concedebant. Et ita hodie post Tridentinum plures Abbates, & Abbas de Alcalá la Real & alii illas conferunt, non obstante dicto Decreto, & multi Episcopi illas admittunt. Hæc ille. Sed etiam multi Episcopi illas non admittunt, propter oppositam sententiam, quæ communior est.

256. An sufficiat sola ratio, ut possit aliquis licitè ordinari ab alieno, sine literis dimissoriis, & sine expressa licentia, ob solam ratihabitionem existimatam proprii Prælati, qui certò credatur contentus esse, & tales literas expressè daturus.

Respondeo; Dianam p. 3. tract. 4. refo. lut. 191. cum Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 11. diff. 9. n. 9. Ledesma in Sum. to. 1. de Sacramento Ordin. cap. 8. conclus. 5. & Paludano in 4. Sent. dub. 18. q. 1. a. 2. cal. 19. probabiliter affirmare; quàmvis Alii, & plures, etiam probabiliter negent. Nec enim (inquit Aversa supra §. *Ceterum posse*) res tam gravis attendanda est sine expressa licentia sub sola ratihabitione. Nec quisquam prudens alienum subditum ordinabit, vel ab alieno Episcopo Ordinem suscipiet, soli ratihabitioni consensus.

Sed hoc est quod quæritur: unde probatum oportuit, non suppositum. Et verò nonne administratio Eucharistiæ, administratio Extreme Unctionis sunt res graves? Et tamen rectè sunt cum licentia præsumpta, etiam de futuro tantum, ut communiter docetur; quin & Absolutio Sacramentalis cum licentia præsumpta de præterito vel præsentis. Cur ergo similiter non liceat collatio Sacramenti Ordinis, saltem cum licentia præsumpta de præterito, vel præsentis? Immo cum licentia præsumpta de futuro, cum non sit actus propriè dictæ jurisdictionis, & alioquin validus, tamen absque ulla licentia fieret?

Unde Bonacina de Ordin. punct. 4. n. 29. ubi citatur ab Aversa pro contraria opinione, non negat absolutè id posse fieri; sed solum ait, non facilè id esse admittendum, præsertim ante factum; tum, inquit, quia in iis, quæ sunt contra jus & jurisdictionem alterius, non facilè præsumenda est ratihabitione; tum, quia datur ansa Episcopis, promovendi extraneos ad Ordines, hoc quæsito colore.

Sed nunquid eadem rationes locum habent in Sacramento Eucharistiæ & Extreme Unctionis? Fateor (inquit Suarez de Cen. disp. 31. sect. 1. n. 17. tractans casum propositum) hujusmodi ratihabitionem non esse facilè admittendam: sed ubi tam persona ordinantis, quàm ordinata cognita est, & extra omnem suspensionem ob vitæ integritatem, sapientiam ac prudentiam, quæ maximè spectari debent ex parte ipsius Ordinantis.

Quapropter, si is, qui ordinatur, absque malitia & deceptione bonâ fide procedat, credens ordinanti Episcopo alieno, dicenti se habere satis congruam, vel præsumptam sui Episcopi voluntatem seu ratihabitionem, ideoque sibi licere eum ordinare, id satis erit ad eam excusandum à culpa, & consequenter à suspensione. Quod si postea proprius Episcopus Ordinationem nolit ratam habere, poterit fortè suspensionem ferre: suspensio autem illa, quæ ipso jure incurritur, non fuit contracta, quia hæc non pendet ex futuro eventu.

Immo etiam ipsa suspensio ab homine lata, quàmvis in foro exteriori timenda sit, tamen in conscientia non poterit esse valida in ratione

H h h pœnæ

Diana. Villalobos. Ledesma. Paludanus.

Aversa.

257. Sententia affirmans probat a simili.

Bonacina.

258. Non est licitè prælati canonicæ. Suarez.

254. An pro ordinandis Regularibus Episcopi consensus non requiratur, nisi in Ecclesiis, subditis eidem, Ordines conferantur, ut tenet, inquit, Arch. Rom. de Privil. in Addit. pag. 7. dum asserit prædictos Abbates invitatos à Prælatiis exemptis posse in monasteriis exemptis Ordines minores conferre: nec etiam requiritur, ut singulis vicibus hic consensus seu licentia ab Episcopo concedatur, sed sufficit, ut sit generalis. Ratio est, quia privilegia has duas restrictiones à sacra Congregatione appositas non requirunt. Hæc ille.

Et merito, si verum est, quod ibidem docet, privilegia per Tridentinum revocata, postmodum absolutè fuisse confirmata. Deinde estò privilegia non fuissent absolutè confirmata, putat hic Auctor, per Concilium Tridentinum non fuisse revocatum jus commune, quod absque illis restrictionibus tribuit Abbatis illam potestatem.

255. Quod autem non fuerit revocatum jus commune, probatur ex eo; quod nulla fiat mentio juris communis, sed tantum privilegiorum, præscriptionum, & consuetudinum; jam autem quando Tridentinum voluit derogare juri communi, id expressit sess. 7. cap. 10. de Refor. ibi: *Non liceat Capitulis Ecclesiarum, Sede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimissorias seu Reverendas, ut aliqui vocant, tam ex iuris communis dispositione, quam etiam cuiusvis privilegii aut consuetudinis vigore &c. concedere.*

Ubi ergo, inquit Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 21. nu. 6. tantum derogat privilegia, vel consuetudines, non videtur abrogare jus commune. Et ideo eo numero docet, probabilius esse, etiam post Tridentinum Abbates & alios Prælatos posse concedere dimissorias sæcularibus sibi subditis, sicuti ex jure communi poterant ante Tridentinum.

Unde concludit: Decretum Concilii Tridentini non loqui de Abbatis & Prælatiis, habentibus plenam jurisdictionem Episcopalem, quibus competit ex jure communi dare Reverendas; sed de quibusdam, qui absque hac plena jurisdictione, non ex vi juris communis, sed ratione alicujus particularis privilegii vel præscriptionis Reverendas concedebant. Et ita hodie post Tridentinum plures Abbates, & Abbas de Alcalá la Real & alii illas conferunt, non obstante dicto Decreto, & multi Episcopi illas admittunt. Hæc ille. Sed etiam multi Episcopi illas non admittunt, propter oppositam sententiam, quæ communior est.

256. An sufficiat sola ratio, ut possit aliquis licitè ordinari ab alieno, sine literis dimissoriis, & sine expressa licentia, ob solam ratihabitionem existimatam proprii Prælati, qui certò credatur contentus esse, & tales literas expressè daturus.

Respondeo; Dianam p. 3. tract. 4. refo. lut. 191. cum Villalobos in Sum. tom. 1. tract. 11. diff. 9. n. 9. Ledesma in Sum. to. 1. de Sacramento Ordin. cap. 8. conclus. 5. & Paludano in 4. Sent. dub. 18. q. 1. a. 2. cal. 19. probabiliter affirmare; quàmvis Alii, & plures, etiam probabiliter negent. Nec enim (inquit Aversa supra §. *Ceterum posse*) res tam gravis attendanda est sine expressa licentia sub sola ratihabitione. Nec quisquam prudens alienum subditum ordinabit, vel ab alieno Episcopo Ordinem suscipiet, soli ratihabitioni consensus.

Sed hoc est quod quæritur: unde probatum oportuit, non suppositum. Et verò nonne administratio Eucharistiæ, administratio Extreme Unctionis sunt res graves? Et tamen rectè sunt cum licentia præsumpta, etiam de futuro tantum, ut communiter docetur; quin & Absolutio Sacramentalis cum licentia præsumpta de præterito vel præsentis. Cur ergo similiter non liceat collatio Sacramenti Ordinis, saltem cum licentia præsumpta de præterito, vel præsentis? Immo cum licentia præsumpta de futuro, cum non sit actus propriè dictæ jurisdictionis, & alioquin validus, tamen absque ulla licentia fieret?

Unde Bonacina de Ordin. punct. 4. n. 29. ubi citatur ab Aversa pro contraria opinione, non negat absolutè id posse fieri; sed solum ait, non facilè id esse admittendum, præsertim ante factum; tum, inquit, quia in iis, quæ sunt contra jus & jurisdictionem alterius, non facilè præsumenda est ratihabitione; tum, quia datur ansa Episcopis, promovendi extraneos ad Ordines, hoc quæsito colore.

Sed nunquid eadem rationes locum habent in Sacramento Eucharistiæ & Extreme Unctionis? Fateor (inquit Suarez de Cen. disp. 31. sect. 1. n. 17. tractans casum propositum) hujusmodi ratihabitionem non esse facilè admittendam: sed ubi tam persona ordinantis, quàm ordinata cognita est, & extra omnem suspensionem ob vitæ integritatem, sapientiam ac prudentiam, quæ maximè spectari debent ex parte ipsius Ordinantis.

Quapropter, si is, qui ordinatur, absque malitia & deceptione bonâ fide procedat, credens ordinanti Episcopo alieno, dicenti se habere satis congruam, vel præsumptam sui Episcopi voluntatem seu ratihabitionem, ideoque sibi licere eum ordinare, id satis erit ad eam excusandum à culpa, & consequenter à suspensione. Quod si postea proprius Episcopus Ordinationem nolit ratam habere, poterit fortè suspensionem ferre: suspensio autem illa, quæ ipso jure incurritur, non fuit contracta, quia hæc non pendet ex futuro eventu.

Immo etiam ipsa suspensio ab homine lata, quàmvis in foro exteriori timenda sit, tamen in conscientia non poterit esse valida in ratione

H h h pœnæ

pœnæ & censuræ; si constet bonâ fide processum esse, ita ut fuerit sufficiens ad excusandum à culpa, quàmvis in ratione prohibitionis seu denegationis facultatis ad utendum Ordine suscepto, valida esse possit. quia hæc tunc pendet ex ipsius Episcopi voluntate, quam tamen aliquâ iustâ ratione fundatam esse necesse est. Hactenus Suarez.

259.
Probat
quoque ex
facto Epi-
phanii, quod
refertur. c.
fin. p. q. 2.

Pro qua etiam sententia, ut fatetur ibidem hic Auctor, plurimum urget factum Epiphani, quod refertur cap. fin. 9. q. 2. sub hac forma verborum: *Legimus quippe S. Epiphanium Episcopum ex diœcesi S. Ioannis Chrysostomi quosdam Clericos ordinaſſe, quod sanctus vir omnino non fecisset, si ei detrimentum fore perpenderet.*

Ubi Glossa verb. *Quod sanctus vir.* Interrogat: *Sed nonne iste Episcopus deliquit ordinando Clericos alterius: quomodo ergo sanctus fuit? Omnis multis solutionibus dicit, quod excusatur ideo, quia ut liter gessit: & quia credebat hoc Ioanni placere; sicut non facit furtum, qui credit hoc placere domino, ut Insti. de Obl. que ex delict. nascuntur §. 1.*

260.
Responsio
Adversario-
rum.

Respondent Adversarii; in isto capite non videtur omnino approbari talis rati habitio, quandoquidem congrua pœnitentia & satisfactio sic ordinatis imponenda dicitur, propter Ecclesiam, quam offenderunt, & miserationis intuitu in suo honore, id est, ad Ordinis executionem admittendi dicuntur, ibi: *Quos igitur recipiendos moderatio tua arbitrata fuerit, inunctâ satisfactionis gratiâ, propter Ecclesiam, quam offenderunt, congruâ pœnitentiâ, miserationis intuitu in suo quemque honore recipies, salvâ in omnibus sanctorum Canonum disciplinâ.* Ergo parùm urget factum istud Epiphani.

Reg. 9. de
Reg. juris
in 6.

Accedat Reg. 9. de Regul. Juris in 6. quæ descripta est ex cap. penult. de Sent. Excom. in 6. *Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum.* Sed Ordinatio in casu proposito non est facta nomine proprii Episcopi; ergo eam non potest habere ratam.

Reg. 29. ff.
de Reg. juris.

Nec prætermittenda Reg. 29. ff. de Regul. Juris: *Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere.* Atqui Ordinatio in casu proposito ab initio vitiosa est; ergo non potest tractu temporis convalescere.

261.
Rejicitur
primò.

Sed contra primum; dicitur in illo cap. fin. 9. q. 2. imponenda congrua pœnitentia & satisfactio sic ordinatis; quia non constabat priorem Ordinationem fuisse factam de licentia prudenter præsumptâ proprii Episcopi. Affe-

tur autem illud factum Epiphani, ut ostendatur, saltem Ordinationem fuisse validam, & ideo, inunctâ pœnitentiâ pro delicto commisso, posse recipi quemque in suo honore atque reordinatione.

Quantum ad Regulas Juris, in opposito Reg. 10. Juris in 6. sequenti tenoris: *Rati habitio non retrotrahitur, & mandata non sunt dubium comparati;* quod maxime verificatur in præsentis casu, ubi facultas proprii Episcopi non est necessaria ad substantiam seu valorem actus ordinandi; sed tantum ad convenientiam modum seu subordinationem.

Unde quando Ordinatio hoc modo fit, potest dici facta aliquo modo nomine proprii Episcopi, cum sub probabili & prudenti præsumptione eius facta fuerit. Sicuti dum Religiosus accipit aliquam rem ex præsumpta licentia Superioris, id non facit nomine proprio, sed potius nomine Superioris. Unde indubie Superior potest eam ratificare, neque ullo modo dici potest irrita. Similiter ergo in casu præsentis hæc Ordinatio potest ratificari à proprio Episcopo, nec potest dici irrita à principio, etiam iuxta modum loquendi Canonum; quia si licite facta est prædicto modo, ut contulimus, nulla suspensio in suscepto Ordine contracta est; ergo Ordinatio non fuit irrita.

Finis itaque hanc controversiam, & dico tamen non facile prudenter præsumi potest consensus proprii Episcopi, propter rei gravitatem; interim si huius & nunc prudenter presumere, maxime de præterito vel præteritis, v. g. proprius Episcopus videt, alienum ordinare suum subditum, & posset facile committere, si vellet, non dubito, quin in tali casu licet & licite ordinaretur; quando autem præsumptio solum de futuro, id est, cum esset signum, ex quo colligi posset proprii Episcopi consensus aliquando, aut deinde consentire; sed solum consensus, si interrogaretur, quàmvis tunc res foret magis dubia, equidem puram probabilem sententiam Dianæ, & aliorum, eo semper salvo, ut dictum est, præsumptio sit prudens omnibus consideratis.

Atque hæc sunt præcipua, quæ concernunt ministerium huius Sacramenti. Ordo doctrinam postulat, ut jam ea proponamus, quæ pertinent ad suscipientem hoc Sacramentum. Erit itaque